

Febr. 1725. de mandato Sanctissimi D. N. Benedicti XIII. ut refert Ursaya in miscell. sacro, & profano 1. lit. C. n. 52. & habetur in Concilio Romano ab eodem Summo Pontifice celebrato anno 1725. sub tit. 16. de vita & honestate Cleric. cap. 3. ubi expresse statuitur, quod comam fictitiam vulgo Perucca, aut Cerchietti numquam adhibeant.

10 Alia ad rem. Vide verb. Comam fictitia per tot. & verb. Missa art. 9. à n. 2. ad 4.

## PLAGIUM.

## SUMMARIUM.

- 1 **P**lagium quid sit.
- 2 Qui tale crimen committunt, plagiarii appellantur.
- 3 Plagiarii unde dicti.
- 4 Tale crimen, si homo, qui subripitur, sit sui Juris; non est proprie furtum.
- 5 Si autem persona, quae subripitur, est adhuc sub patria potestate constituta, verum furtum est.
- 6 Et inde patri actio furti competit.
- 7 Talis autem actio furti non competit matri.
- 8 Pœna plagi olim erat pecuniaria.
- 9 Hodierno autem fure est pœna mortis.
- 10 Plagi olim erat pecuniaria.
- 11 Addit. inseruntur, ad n. 13.
- 1 **P**lagium est crimen publicum, quo quis dolose surripit hominem liberum, vel servum alienum, sive detineat illum vincitum, aut celet, vel ei suadeat, ut à patre, vel domino suo aufugiat, sive vendat, donet, permutet, vel alio contractu, quo dominium rerum transfertur, aliis tradit, l. i. Cum sequentibus ff. & Codic. ad leg. Fabiam, de Plagiariis.
- 2 Hinc qui tale crimen committunt, plagiarii appellantur, citat. l. i. Cum sequentibus, ff. Codic.
- 3 ad L. Fabiam de Plagiariis, & Plagiarii dicti sunt à plaga quia patri & domino magna plaga infigitur dum ipsis liberi, & servi subtrahuntur, & surrepiuntur, quo casu committi dicitur furtum, & plagi, juxta text. in §. Interdum, Institut. de oblig. quæ ex delict. nascuntur, & observat Cotta in Memor. verb. Plagiarius fol. 450. Ursaya Institut. crimin. leg. 2. tit. 8. n. 216.
- 4 Tale crimen, si homo, qui surripitur, sit sui Juris non est proprie furtum, quia libera persona sub nullius est dominio l. Item Juris, Institut. de inutil. sti- pul. Si autem persona, quae surripitur, est adhuc sub patria potestate constituta, verum furtum est:
- 5 Institut. de oblig. quæ ex delict. nascuntur. Et inde patri actio furti competit: l. Eum qui 14. §. Si

filius familias 13. ff. de furtis ibi: *Si filius familias subreptus sit, patrem habere furti actionem, palam est: & idem reperitur l. 37. ff. eod.*

Talis autem actio furti non competit matri utpote potestate in prolem carenti; leg. Mater filii 38. ff. eod. de furt. ibi: *Mater filii surrepti furti actionem non habet.*

Pœna plagi olim erat pœna pecuniaria, l. final. ff. ad L. Fabiam, de Plagiariis. Hodierno autem Jure est pœna mortis, Cap. Qui furatur 1. de furtis ibi: *Qui furatur hominem, & vendiderit, convictus, morte moriatur, juxta leg. Quoniam 7. & leg. final. Cod. Ad Leg. Fabiam, de Plagiariis.*

Plagi olim erat pœna pecuniaria, l. final. ff. ad L. Fabiam, de Plagiariis. Hodierno autem Jure est pœna mortis, Cap. Qui furatur 1. de furtis ibi: *Qui furatur hominem, & vendiderit, convictus, morte moriatur, juxta leg. Quoniam 7. & leg. final. Cod. Ad Leg. Fabiam, de Plagiariis.*

Ridiculus fere semper Auditor est, dum etymon nominis tradit, at maxime hic ridiculus est, qui "Plagiarii ( inquit ) dicti sunt à plaga, quia patri & domino magna plaga infigitur, dum ipsis liberi, & servi subtrahuntur." Vide si lubet de etymologia hujus vocis Antonium Matthæum de crimin. titul. de Leg. Fabia de Plagiar. cap. i. n. 2.

Illud hic non omittendum, quod is, cuius consilio plagi olim erat pœna mortis, plagi non tenetur. Non adversatur, quod qui plagiario in qua re socius est, & ipse plagiarius sit; l. penul. §. ult. ff. de L. Fab. de plagiari. Socium enim ( ut recte inquit Antonius Matthæus ubi supra n. 4. ) intelligere debemus non qui consilium dumtaxat dedit, aut scalas forte commodavit, sed qui societatem sceleris contraxit, & in ipsa suppressione socius fuit.

Nec refragatur quod plagiarius sit qui servo alieno persuasit, ut à domino fugiat: dum enim dicimus plagi non teneri eum, cuius consilio plagi olim erat pœna mortis, intelligimus si consilium datum Tertio sit, non item si consilium servo datum sit; Anton. Matt. ibid.

( Vid. etiam lit. E. pag. 227. col. 1. ex n. 42. ad usque 48. & lit. F. pag. 137. in add. ).

## POENA.

## ARTICULUS I.

De pœnis in genere.

## SUMMARIUM.

- 1 Pœna quid sit.

- 2 Pœna est mensura culpæ.

Re-

Semota hic etylogia plagi nominis indagatione: ad pœnas nostro Jure stabilitas statim est deviendum; qui hominem sub patria potestate constitutum, alienumvè servum suasionibus distraxerit, ventionis, aut servitii proprii causa, si tale perpetrans crimen generosus fuerit, ad Regis operas cum compedibus erit perpetuò damnandus: si hujusmodi haud invenitur prædictus charactere, plectetur capite: servus verò bestiis lacerandus tradetur: quam quidem pœnam hominem liberum traducentes, sive vendentes, sicuti scienter ementes, recipientesvè animo se inserviendi illius, aut vendendi, non evadent (a).

(a) L. 22. tit. 14. p. 7. Sosacan, ó furtan algunos ladrones los hijos de los omes, ó los siervos ageños, con intencion de los llevar á vender á tierra de los enemigos, ó por servirse dellos como de siervos. E porque estos á tales facen muy gran maldad, merecen pena. E porende decimos, que qualquier que tal furto como este ficiese, que si el ladron fuere fidalgo debe ser echado en fierros, é condenado para

siempre que labre en las labores del Rey. E si fuere otro ome que non sea fijodalgo debe morir porende. E si fuere siervo debe ser echado á las bestias bravas, que lo maten. Esa misma pena há lugar en todos aquellos que dán, ó venden ome libre, é los que lo compran, y resciben de otra manera en don á sabiendas con intencion de se servir del como del siervo, ó venderlo. ( Vid. verb. Poena inf. ).

- 3 Regulariter sine culpa nemo punitur.  
 4 Interdum tamen ob publicum bonum punitur quis  
     sine propria culpa.  
 5 Pœna, & multa quomodo distinguuntur.  
 6 Quomodo distinguuntur pœna, & pœnitentia.  
 7 Pœna alia est civilis, alia criminalis, alia le-  
     galis, alia Judicialis, & quæ singulæ sint.  
 8 Pœna criminalis subdividitur in capitalem, &  
     non capitalem, & quæ utraque sit.  
 9 Pœna criminalis alia est corporalis, seu cor-  
     poris afflictiva, alia pecuniaria, alia temporalis,  
     & alia perpetua.  
 10 Pœna in genere alia est ordinaria, & alia extraor-  
     dinaria, & quæ utraque sit.  
 11 Item alia est latæ, & alia ferendæ sententiæ, &  
     quæ utraque sit.  
 12 Assignantur quinque regulæ ad cognoscendum,  
     an pœna sit latæ, vel ferendæ sententiæ.  
 13 An quando lex utitur verbis imperativi modi,  
     que afficiunt immediate ipsam pœnam, sit  
     latæ, vel ferendæ sententiæ, multi volunt, quod  
     sit latæ.  
 14 Plurimi alii tamen sustinent, quod sit solum sen-  
     tentia ferendæ.  
 15 Affertur responsio ad auctoritates pro prima opi-  
     nione adductas.  
 16 Pœna, seu lex pœnalis sententiæ ferendæ non obli-  
     gat ante sententiam Judicis.  
 17 Pœna, seu lex pœnalis latæ sententiæ in iis, que  
     aliam executionem externam non requirunt,  
     obligat in conscientia ante sententiam declara-  
     toriam Judicis.  
 18 Pœna, seu lex pœnalis latæ sententiæ in iis, que  
     externam executionem requirunt, non obligat  
     in conscientia ante Judicis sententiam declara-  
     toriam de crimine commisso, nisi lex in specie  
     addat clausulam: alia etiam declaratione non  
     secuta.  
 19 Immo secundum plurimos, etiam si lex addat  
     talem clausulam: alia etiam declaratione non  
     secuta, vel simile, non obligat ante declara-  
     toriam Judicis de crimine commisso, nisi in  
     aliquibus pœnis, quæ assignantur.  
 20 Declaratoria de crimine commisso requirit ci-  
     tationem partis, & ab ea dari potest ap-  
     petatio.  
 21 Adducitur, & solvitur instantia.  
 22 Assignatur notabilis differentia inter sententiam  
     condemnatoriam, & declaratoria.  
 23 Assignatur quomodo non obstante clausula, ipso  
     facto incurrenda, adhuc requiritur sententia de-  
     claratoria Judicis.  
 24 Assignatur quomodo non obstante clausula, abs-  
     que alia declaratione, adhuc requiratur talis  
     sententia declaratoria Judicis.  
 25 Transgressores legis incurruunt pœnam illius, etiam  
     si tales pœnam ignorent, exceptis tamen  
     censuris.  
 26 Judex inferior regulariter loquendo non potest  
     augere, vel minuere pœnas à jure statutas.  
 27 Id tamen potest Princeps supremus.  
 28 Et ex justis causis id potest interdum etiam Judex  
     inferior.  
 29 Assignantur justæ præcipue causæ, ex quibus  
     Reorum pœna à Judice inferiori augeri possunt,  
     ad n. 37.  
 38 Assignantur justæ præcipue causæ, ex qui-  
     bus dictæ pœna minui possunt, ad n. 45.  
 46 In pœnis arbitrariis debet Judex procedere juxta  
     qualitatem delicti, ut sic pœna criminis com-  
     mensuretur.  
 47 Stante autem dubio, aut diversa juris intelligen-  
     tia, Judex debet semper in mitiorem partem  
     declinare.  
 48 Cum hoc tamen quod circa Reos in gravioribus

- criminibus legitime convictos, non debet Judex  
     uti nimia clementia.  
 49 Pœna unius metus est multorum.  
 50 Pœna imposta in foro conscientiae non liberat  
     à pœna imponenda in foro fori.  
 51 Pœnas pecuniarias, seu multas tenetur Episcopus  
     applicare locis, & usibus piis.  
 52 Pœnae pecuniariæ non sunt applicandæ fabricæ,  
     vel sacrariæ ecclesiæ.  
 53 Nec possunt applicari pro reparatione palatii  
     episcopaloris, aut domus Vicarii Generalis.  
 54 Nec ulla eorum portio potest ab Episcopo assig-  
     nari Depositario earumdem, nec restauracioni  
     carcerum episcopalium, nec pro supplemento  
     salarii musicorum ecclesiæ cathedralis.  
 55 Nec applicari possunt pro Vicario curiæ episco-  
     palis, aut salario Notarii, & Ministrorum.  
 56 Nec pro Procuratore Fisci, Executoribus, ac  
     Ministris Curiæ.  
 57 Nec pro Vicariis Curiæ episcopalibus.  
 58 Nec pro expensis tribunalis.  
 59 Nec potest Episcopus etiamsi pauper, eas sibi  
     applicare, non obstante contraria consue-  
     tudine.  
 60 Unde Episcopus vere pauper debet recurrere  
     ad Sacram Congr. pro gratia talis appli-  
     cationis.  
 61 Et Episcopus in his Transgressor non est immunis  
     à culpa mortali.  
 62 Si concedatur Episcopo applicatio pœnae pecu-  
     niariæ pro episcopatu, & Sacrario, quid intel-  
     ligatur nomine ipsorum.  
 63 Pœnae pecuniariæ delinquentium in una ex dua-  
     bus diœcesibus unitis applicandæ sunt piis  
     locis diœcesis, cujus sunt delinquentes, & in  
     pari necessitate pauperibus loci, ubi habitant  
     ipsi delinquentes.  
 64 Si multæ non fuerint per Episcopum in vita  
     applicatae, non possunt ad minorem summam  
     reduci per Vicarium Capitularem.  
 65 Pro multis retinendis debet ab Episcopo fieri  
     Depositarius ipsarum.  
 66 Et talis multarum Depositarius debet esse ali-  
     quis de Capitulo.  
 67 Debetque cautionem præstare de bene adminis-  
     trando, & reddenda ratione in fine anni earum  
     Ordinario, & duobus Capitularibus.  
 68 Quorum Canonicorum alter debet eligi ab Episco-  
     po, & alter à Capitulo.  
 69 Pœnia multarum nullo modo retineri potest ab  
     Ordinario.  
 70 Unde Depositarius multarum non debet depu-  
     tari pro forma, sed ut vere & realiter mul-  
     tae apud eum deponantur.  
 71 Pœna, & multæ non observantium dies festos  
     pro tertia parte applicari debent accusatori,  
     & pro quarta executoribus.  
 72 Pœna, & multa interficientis Presbyterum ap-  
     plicanda est pro medietate ecclesiæ, cui præ-  
     fuit, & pro alia medietate distribuenda est  
     in pauperes pro anima mortui.  
 73 Ordinarius abstinere debet à pœnis pecuniariis  
     contra Regulares.
- P**œna, ut expresse habetur in l. Aliud 131. ff. de  
 verbor signifi. est noxæ vindicta, ibi: Pœna est no-  
 xæ vindicta. id est de delictorum, sive criminum coer-  
 citio, seu vindicta, in emendationem hominum con-  
 stituta; l. Si pœna 26. ff. de pœnis, ibi: Pœna con-  
 tituitur in emendationem hominum. Pœna enim est  
 mensura culpæ juxta illud Deuteronomii 25. Pro men-  
 sura peccati erit & plagarum modus &c. Sane 11.  
 de officio Delegati cum similibus. Et regulariter sine  
 culpa nemo punitur. l. Sancimus 22. Cod. de pœnis  
 cap. Joannes 23. & Cap. Quidam 25. de homicid.  
 Cap.

*Cap. sine culpa 23. de Regul. Juris, ibi: Sine culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus.* Quamvis interdum ob publicum bonum puniatur quis sine propria culpa, ut sit in crimen læsæ Majestatis, ratione cuius filii etiam innocentes puniuntur in detestationem tanti paterni criminis; *l. Quisquis §. 1. Cod. Ad l. Jul. Majest. & in aliquibus aliis casibus ubi subest justa causa puniendi etiam innocentes ad ceterorum terrorem; unde in citat. cap. Sine culpa 23. de Reg. juris merito dicitur, quod sine culpa non est aliquis puniendus nisi subsit causa.*

(*Leg. 1. & 9. tit. 31. p. 7. cum tit. 2. ejusd. Vid. proœmium cum leg. 1. tit. 1. ead. p. & lit. C pag. 66. num. 19.*)

*5 Poena differt à mulcta, ut patet ex l. Aliud ff. de verborum signif. ibi: Inter multam autem & pœnam multum interest: Poena enim nomen est generale conveniens cuilibet criminis coercitioni; mulcta vero nomen est speciale conveniens tantum pœnae pecuniariæ, ibi: "Cum poena generale sit non men omnium delictorum coercitio, mulcta specialis peccati, cuius animadversio hodie pecuniaria est; poena autem non tantum pecuniaria, verum capitatis, & existimationis irrogari solet."* Item poena à lege decernitur; mulcta vero arbitrarie à Judice datur ibi: "Mulcta quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit: poena non irrogatur nisi quæ quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est; quinimmo mulcta ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposta.

*6 Poena differt etiam à pœnitentia, quia hæc imponitur, ut satisfiat Deo in foro interno; poena autem, ut satisfiat Reipublicæ in foro externo, & ideo pœnitentia non liberat à poena, ut recte notat Abbas in cap. De his n. 3. de accusat. Amenus de delictis, & pœnis tit. 1. proœmial. §. 4. n. 5. & alii, unde excommunicatus denuntiatus, ut absolvatur à censura, debet subire pœnitentiam sibi injunctam ab absolvente ad satisfaciendum ecclesiæ offensæ, & poenam inflictam à Judice ad satisfaciendum pro delicto commisso in ceterorum exemplum, & terrorem. Item poena infligitur invito independenter, & contra Rei voluntatem, pœnitentia autem indiget acceptatione, & consensu pœnitentis, ut recte observant Thesaurus de pœn. p. 1. cap. 2. vers. secundo poena: Amenus l. c. n. 5. & alii passim.*

*7 Poena in genere alia est civilis & alia criminalis. Poena criminalis est, quæ tendit ad vindictam publicam, estque definita supra n. 1. Poena civilis est, quæ non tendit ad vindictam publicam, sed ad privatum commodum partis læsæ, quæ tamen rigorose loquendo non est poena proprie dicta, sed solum minus proprie talis. Hæc poena subdividitur in conventionalis, Legalem, & Judicalem. Poena conventionalis est, quæ committitur, & præstari debet ex conventione partium, si aliquid v. g. datum, vel factum non fuerit, ut patet in cap. Constitutus de pœnis. Poena legalis est, quæ imponitur à lege, vel pro reparatione damni illati, vel propter contumaciam, aut contemptum. Poena Judicialis est, quæ à Judice infligitur.*

*8 Poena criminalis subdividitur in capitalem, & non capitalem. Poena capitalis est, per quam infertur mors naturalis, vel civilis per medium, vel maximum capitum diminutionem, adimendo libertatem, vel ius civitatis: sicque poenæ sunt tres, scilicet, ultimum supplicium quæ vocatur maxima; damnatio ad metallum, quæ dicitur media; & deportatio in Insulam, quæ appellatur minima; l. Rei capitalis 2. & l. Capitalium poenarum 28. ff. de pœnis, l. Licet 103. ff. de verbor. significat. Poena non capitalis est, qua quis salva vita naturali, & civili coeretur, uti est poena relegatiouis, fustigationis, amputationis alicujus membra, stigmatis, seu bullationis, & hujusmodi:*

*cit. l. Capitalium 28. §. 1. ff. de pœnis.*

Pœna criminalis alia est corporalis, seu corporis afflictiva, & alia pecuniaria. Item alia temporalis, & alia perpetua, patentque omnes ex terminis.

Pœna in genere alia est ordinaria, & alia extraordinaria, seu arbitraria. Pœna ordinaria, seu Legalis est, quam lex, seu Princeps expresse, & determinate statuit, aut consuetudo induxit, seu præscrivit. Extraordinaria autem seu arbitraria est, quæ nulla lege, statuto, aut consuetudine est definita, sed extra ordinem à Judice imponitur juxta prudens, ac justum ejus arbitrium pro varia delictorum qualitate. Sic in re Communis Doctorum.

Item poena in genere alia est latæ, & alia ferendæ sententiae. Pœna latæ sententiae est, quæ ipso facto, seu criminis perpetratione, & Legis, seu mandati transgressione incurritur absque sententia condemnatoria. Pœna ferendæ sententiae est, quæ à delinquente non statim ipso facto, seu legis, aut mandati transgressione incurritur, sed requirit sententiam Judicis condemnatoriam, debetque primum à Judice infligi. Sic in re Doctores communiter.

Ad cognoscendum, an pœna sit latæ, vel ferendæ sententiae traduntur quinque regulæ, quæ assignantur sub verb. Lex art. 2. à n. 28. ad 5. Vide ibi.

An quando lex utitur verbis imperativi modi, quæ afficiunt immediate ipsam pœnam, sit latæ, vel ferendæ sententiae? multi volunt, quod sit latæ sententiae. Vide d. verb. Lex art. 2. n. 32.

Plurimi tamen alii tenent, quod sit solum sententiae ferendæ. Vide ibid. n. 33.

Respondetur ad auctoritates pro prima opinione ad ductas. Vid. ibid. n. 34.

Pœna, seu lex pœnalis sententiae ferendæ non obligat ante sententiam Judicis. Vid ib. n. 36.

Pœna seu lex pœnalis latæ sententiae in iis, quæ aliam executionem externam non requirunt, non obligat in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis. Vide ibid. n. 37.

Pœna, seu lex pœnalis latæ sententiae in iis, quæ externam executionem requirunt, non obligat in conscientia ante Judicis sententiam declaratoriam de crimen commisso, nisi lex in specie addat clausulam: alia etiam declaratione non secuta. Vide ibid. n. 38.

Immo secundum plurimos, etiamsi lex addat talis clausulam: alia etiam declaratione non secuta, vel simile, non obligat ante declaratoriam Judicis de crimen commisso, nisi in aliquibus specialibus pœnis, quæ assignantur. Vide ibid. n. 39.

Declaratoria de crimen commisso requirit citationem partis, & ab ea dari potest appellatio. Vide ibid. n. 40.

Adducitur, & solvit instantia. Vide ibid. n. 41.

Assignatur notabilis differentia inter sententiam condemnatoriam & declaratoriam Vide ibid. n. 42.

Assignatur quomodo non obstante clausula: ipso facto incurrenda, adhuc requiratur sententia declaratoria Judicis. Vide ibid. n. 43.

Assignatur, quomodo non obstante clausula: absque alia declaratione, adhuc requiratur talis sententia declaratoria Judicis. Vide ibid. n. 44.

Transgressores legis incurront pœnam illius, etiamsi tales pœnam ignorent, exceptis tamen censuris Communis. Et ratio est, quia ignorantia solius pœnae non tollit causam pœnae, adeoque nec effectum, seu ipsam pœnam; tum quia ex praxi omnium tribunalium Rei, & legum transgressores puniuntur variis pœnis v. g. patibuli, gladii, combustionis, rotæ, & hujusmodi, quamvis invincibiliter ignoraverint, delicta à se committenda, & commissa pœnis hujusmodi subjaceret.

Judex inferior regulariter loquendo non potest augere, vel minuere pœnas à jure statutas. Communis. Et ratio est, quia Judex tenetur servare æquitatem

legalem, debetque, non de legibus, sed secundum leges judicare; cap. In istis 3. dist. 4. ibi: *In istis temporalibus legibus: cum fuerint institutæ & confirmatae, non licebit Judici de ipsis judicare, sed secundum ipsas, & concordat cap. Summopere 70. caus. II. q. 3. & l. Accusatorum I. §. 4. ff. Ad senatus Consultum Turpilianum, ibi: Facit quidem quæstio in arbitrio judicantis est, pœnae vero prosecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur.*

(Leg. 9. tit. ej. 31. & part. 7. Vid. tit. 22. p. 3. & lit. S. pag. 276. ad 288).

27 Id tamen potest Princeps Supremus. *Communis.* Et ratio est, quia cum ipse lege humana superior censeatur; leg. Princeps 31. ff. de legibus, potest licite Reo pœnam aut minuere, vel omnino remittere, aut augere, quod interdum expedit, præsertim in delictis enormibus, & atrocibus, aliisque frequentatis, cum majorum poenarum metu delinquentes facilius à delictis abstineant, ut quos timor Dei à peccatis non revocat, saltem coercent severitas disciplinæ, textu expresso in cap. Cum in cunctis 7. §. Clerici sane, de electione. Unde Princeps uti non debet lenitate contra delinquentes, sed potius severitate, per lenitatem enim Rex contemnitur, lex despicitur, & grex inficitur: E contra vero per severitatem Rex honoratur, lex servatur, & grex salvatur, ut observant Luc. Poena in l. 3. Cod. De his qui ex publicat. collect. & Caballus resolut. crimin. 99. n. 102. & alii.

(Verb. consuetudo & Lex).

28 Et ex justis causis id potest interdum etiam Jūdex inferior: Ipse enim ob speciales circumstantias potest poenas ordinarias, & à lege præscriptas immunuere, aut aggravare. *Communis.* per text. in l. Aut facta 16. ff. de pœnis, ubi inter alia dicitur, quod quantum ad hoc delicta consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, eventu.

29 Justæ autem causæ, ex quibus reorum pœnæ à Jūdice inferiore augeri possunt, sunt præsertim sequentes, *Prima est,* ratione qualitatis personæ delinquentis; l. Aut facta 16. §. 3. ff. De pœnis; quæ si ob rationem sui status obligetur ad evitanda delicta, & tamen delinquat, gravius evadit ejus delictum, graviusque est puniendum, juxta illud Sancti Gregorii Homilia 9. in Evangelia, ibi: *Lectio Sancti Evangelii, Fratres carissimi, sollicite considerare nos admonet, ne nos qui plus ceteris in mundo accepisse aliquid cernimus, ab Auctore mundi gravius judicemur.*

30 *Seeunda,* ratione objecti, seu personæ offensæ, cit. l. Aut facta §. 3. gravius est enim offendere Deum, quam hominem, cap. Sicut qui Ecclesiam 17. quæst. 4. cap. Vergentis, de Hæretic. Authent. Cazaros eod. tit. & gravitas delicti contra hominem commissi mensuratur à dignitate personæ offensæ, Clementin. I. §. Nec super, de pœnis.

31 *Tertia,* ratione causæ; cit. l. Aut facta §. 2. ubi enim nulla, aut debilis est causa delinquendi, gravius evadit delictum, quia in tali casu major arguitur perversitas voluntatis in delinquente; unde gravius puniuntur homicidia sine ulla, aut debili causa commissa, quam cum aliqua gravi causa patrata; cap. Sicut dignum, 6. de homicid.

32 *Quarta,* ratione advertentiae; gravius enim delinquit, qui advertente, & pensate delictum commitit, quam qui ex perturbatione mentis ab ira, amore, furore, & hujusmodi cit. l. Aut facta §. 2. ut patet de graviori punitione homicidii appensati, quam casualis; cap. Sicut dignum 6. de homicid. & cap. Lator 9. tit. eodem.

33 *Quinta,* ratione consuetudinis delinquendi, quia ob talem consuetudinem censetur delinquens magis deliberato animo, & iniquiori voluntate delinquere;

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.

l. Capitulum 28. §. 3. & 10. ff. de pœnis; l. Nemo deinceps 3. Cod. de episcopali audientia; cap. Sicut dignum 6. de homicid.

*Sexta,* ratione loci, cit. l. Aut facta §. 4. gravius enim evadit crimen commissum in palatio, aut præsentia Principis, quam alibi, juxta illud Esther cap. 7. n. 8. ibi: *Etiam Reginam vult opprimere me præsente in domo mea.* Et universaliter locus majori reverentia dignus auget delictum in eo commissum; argum. cap. 1. de pœnit dist. 5. l. Sed est quæstionis in princip. ff. de injuriis §. Atrox. Institut. eod. tit. l. Aut facta, §. 4. ff. de pœnis, l. Prætor edixit, §. Atrocem, ff. de injuriis.

*Septima,* ratione temporis, cit. l. Aut facta §. 5. & cit. cap. Sicut dignum: Sic omnia delicta commissa tempore nocturno graviora evadunt ratione talis temporis, ut patet de furto, quod ratione nocturni temporis gravius reputatur omni jure divino, ecclesiastico & civili. Exodi cap. 22. n. 2. Si perfodiens 3. de homicid. leg. 4. §. 1. ff. Ad Leg. Aquil. leg. 9. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis, l. Sacrilegii vers. Ceterum, ff. ad Leg. Jul. peculatus, & sic etiam graviora sunt delicta commissa temporibus pœnitentiæ, jejuniorum, festivitatum, & divinorum officiorum, & hujusmodi.

*Ottava,* ratione modi cit. l. Aut facta §. 6. cit. cap. Sicut dignum: gravius enim delictum est hominum repetitis tormentis, ac lenta morte perire, quam simpliciter necare; & gravius est homicidium proditorum, quam aperta aggressione commissum; l. Plus est 1. C. de maleficiis, & mathe- mat. ibi: *Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio, cum similibus.*

*Nona,* ratione scandalii, cum enim scandalum ex se grave peccatum sit, juxta illud Matthæi, cap. 18. n. 6. Qui scandalizaverit unum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris, si adjungatur alicui delicto, ex talis adjectione gravius redditur crimen. Unde jure merito leges tum civiles, tum canonicæ talia scandalosa crimina maxime aversantur, l. Si quis filio 6. §. 7. & 8. ff. & de injusto, rupto, irrito facto testament. l. Qui cædem 16. ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis, cap. Consideravimus, 10. de electione. cap. Super eo 1. de sentent. excommun. cum similibus. Aliæ adhuc justæ causæ augendi Reorum pœnas possent adduci, sed brevitatis gratia videndæ apud Criminalistas relinquuntur, & ad justas causas dictas munendi & temperandi pœnas transimus,

*Prima igitur justa causa* minuendi pœnas est 38 credulitas, & opinio non delinquendi, mitius enim punitur qui delinquendo credit se non delinquere, sed licite agere; l. Igitur, vers. Et generaliter, ff. de liber. caus. l. Clam possidere, ff. de acquirend. possess. cap. Sicut dignum 6. de homicid. cum si- milibus.

*Secunda est ætas delinquentis, sive tenella, & imbecillis,* ut in pueris; sive ingravescens ut in senibus; minores enim, & senes delinquentes mitius puniri consuetum est; l. Fere omnibus, ff. de Regul. Juris l. Aut facta 6. §. 3. in fine ff. de pœnis, cap. 1. & 2. de delictis puer. cap. Sicut dignum 6. de homicid. cap. Fraternitatis dist. 34. & cap. Tanta nequitia dist. 86. cum similibus.

*Tertia est,* iracundia; delictum enim ex ira commissum mitius puniri debet: l. Aut facta 16. §. 2. de pœnis, l. Abolitio 2. Cod. de abolitionibus, cap. Si quis iratus, 2. q. 3. cum similibus.

*Quarta est,* sexus fragilitas; mitius enim puniri debent foeminæ, quam viri, cum in pœnis infligendis sexus ratio habenda sit, text. expresso in cit. cap. Sicut dignum 6. de homicid. & in cap. Indignanter 5. caus. 32. q. 6.

*Quinta est præstantia, & nobilitas personæ delin- 42 quen-*

T

quentis; Nobiles enim, & digniores mitius puniri debent, quam ignobiles, & minus digni, l. Podius, §. 1. & l. final. de incendio, ruina, & naufragio, l. Aut damnum §. In ministerium, ff. de pœnis, l. Sacrilegii §. 1. ff. Ad leg. Jul. Peculatus; l. Annorum §. pœna, ff. de sepulcro violato, c. final. de pœnis & c. Pastorale de officio delegat.

43 Sexta est insignis peritia delinquentis; excellens enim, & unicus in arte non debet mori, & propter ejus excellens artificium, & eximiam industriam ei minuitur, vel in totum pœna remittitur, l. Ad Bestias 31. ff. de pœnis.

44 Septima est ebrietas: omne enim delictum quamvis grave & atrox durante ebrietate commissum, non rigorosa poena ordinaria, sed mitiori extraordinaria punitur; leg. Omnes delictum 2. §. 7. verb. Per vinum ff. de re militari, c. Sane, & c. Inebriaverunt 25. q. 1.

45 Octava est diuturnitas temporis lapsi à die commissi delicti. Qui enim jam à multo tempore delictum commisit, non rigorosa pœna ordinaria uti de recenti delinquentes, sed mitiori extraordinaria puniendi sunt, text. expresso in leg. Si diutino tempore 25. ff. pœnis. Variæ aliae adhuc justæ causæ minuendi Reorum pœnas essent hic adducendæ; sed istæ etiam apud Criminalistas videndæ relinquuntur, notando solum, quod omnes illæ adductæ, si ad sint, augent Reorum culpam, & pœnam; si absint, ipsam minorant.

(Præcedentia ex num. 29. à leg. 8. tit. 31. p. 7. astruuntur. Ad rem lex 9. tit. 1. 10. tit. 7. 17. tit. 14. ejusd. p. etiam videantur leg. 7. tit. 11. p. 3. 3. tit. fin. p. 4. Consonantque inter alia, lit. H pag. 132. & 133. atque lit. R pag. 158. & 159. in add. hisp. nov.).

46 In pœnis arbitrariis debet Judex procedere juxta qualitatem delicti, ut sic pœna criminis commensuratur: Cap. Sane 11. de officio Delegati, cap. Sicut dignum 6. de homic. Quantum enim quis peccavit, tantum puniri debet, juxta illud Deuteronomii cap. 25. n. 3. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, & aliud Apocalys. cap. 18. n. 7. Quantum glorificavit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Et ratio conclusionis est, quia arbitrium Judicii relictum non sumitur pro arbitrio libero, & absoluto, ac pleno suæ voluntatis, sed pro arbitrio regulato à jure, & recta ratione, sive pro arbitrio boni Viri; arg. leg. Non possunt 12. ff. de Legibus, leg. Si societatem 6. & leg. societatem 76. ff. Pro socio.

(Convenit lex 44. tit. 18. lib. 6. Recop. Cast. In ea asseritur, quod, licet in judiciis non sit acceptio personarum habenda, nihilominus secundum earum statum, & conditionem pœnae sunt distribuendæ: quapropter qualitas, & personarum conditio quod præ oculis sit habenda. Prætoribus demandatur, etiamque tempus commissionis, & delinquentis status in considerationem venire debeat: multum prævalet arbitrium judicis. (Vid. verb. Forum, vers. Ditionibus: De raptoribus: verb. Fur, vers. Omnia delicta: &) Sed locum prædicta non obtinent illis in casibus in quibus sunt præsenti titulo pœnae stabilitæ. Idem fere determinat lex 48. tit. 19. lib. 8. Ord. Reg.).

47 Stante autem dubio, aut diversa juris intelligentia, Judex debet semper in miorem partem declinare. Cap. In obscuris 30. de Regul. juris in 6. ibi: In obscuris minimum est sequendum. Cap. In pœnis 49. eod. in 6. ibi: In pœnis benignior est interpretatio facienda l. Factum 155. §. 2. ff. de regul. juris, ibi: In pœnalibus causis benignius interpretandum est. Ex capite enim Alligant 12. caus. 26. q. 7. expresse habetur, quod melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem, & in ejus summario dicitur: me-

lius est errare in misericordia remittendi, quam in severitate ulciscendi.

(Lit. A pag. 249. n. 27. & lit. B pag. 367. n. 57.) cum lit. C. pag. 306. in nov.).

Cum hoc tamen, quod circa Reos in gravioribus 48 criminibus legitime convictos non debet uti nimia clementia, juxta illud Exodi 22. Maleficos non patieris vivere, ne inde malefactores spe clementiæ, & ulterioris veniæ sensim multiplicentur in grave Republicæ detrimentum; sed cum istis juxta legum severitatem cum aliquo temperamento benignitatis procedat, prout statuitur in l. Respiciendum 21. ff. de pœnis, ad hoc ut ceteri punitorum exemplo edociti ad crimina perpetranda non prosiliant, ut unius pœna metu possit esse multorum, textu expresso in l. Ut unius 1. Cod. act. Leg. Jul. Repetundarum Unde ad rem Seneca de Clementia lib. 1. cap. 22. in princip. sic habet: In vindicandis injuriis tria lex secuta est, quæ Princeps quoque sequi debet: Aut ut eum, quem punit, emendet: Aut ut pœna ejus ceteros meliores reddat: Aut ut sublatis malis securius ceteri vivant.

Pœna imposta in foro conscientiæ non liberat à pœna imponenda in foro fori. Clar. q. 16. n. 5., & q. 60. n. 21. Amenus de delictis & pœnis tit. 8. §. 60. & alii passim.

Pœnas pecuniarias, seu mulctas tenet Episcopus 51 applicare locis, & usibus piis, tum ex dispositione Juris in cap. Presbyteri 2. de pœnis, tum ex præcepto Conc. Trid. cap. 1. sess. 6. cap. 1. ses. 23. & cap. 3. sess. 25. de reform. ut pluries decrevit Sacra Congreg. Concil. ac Episcop. & Regul. apud Barbosam de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. à n. 19. Diaconum part. 10. tract. 8. resolut. 2. §. Ad hæc:: Quarant. in Summa Bullar. verb. Pœnae pecuniariæ:: Nicol. lucubrat. canon. lib. 5. tit. 37. per tot. Fagn. lib. 1. Decretal. in cap. Presbyteri 2. de pœnis per tot., & tenet Reiffens-tuel lib. 5. Decretal. tit. 37. n. 101. Concil. resolut criminal. verb. Episcopus resol. 1. n. 10. Monacell. tom. 1. formul. 13. num. 1. Ursaya Instit. criminal. lib. 4. tit. 5. n. 196. & alii passim. Vide verb. Episcop. art. 6. à n. 63. (verb. Mulcta).

Pœnae omnes, & mulctæ, sive ex constitutionibus synodalibus, sive ex præceptis, sive ex decretis Episcopi, vel Vicarii proveniant, sive ex stipulatione præatoria descendant, sunt piis locis, non autem fabricæ, vel sacristaræ ecclesiæ applicandæ. Sacr. Congregat Concil. in Messanen. apud Fagnan. loc. cit. num. 32., & Barbosam in Summa Apostol. dec. verb. Pœna criminalis pecuniaria n. 2.

Pœnae pecuniariæ non possunt erogari in reparationem palatii episcopaloris, aut domus Vicarii Generalis. Sac. Congreg. Concil. apud Fagnan. loc. cit. n. 38., & Sac. Congregat. Episc., & Regul. in Aversana 22. Jan. 1591. apud Barbosam loc. cit. n. 3.

Pœnarum, seu mulctarum nulla portio potest ab 54 Episcopo assignari Depositario earumdem pœnarum, nec restauracioni carcerum Episcopalium, nec pro vestiendis Apostolis, quibus lavantur pedes in die Cœnæ Domini, nec pro supplemento salarii Musi-corum ecclesiæ cathedrali inservientium, Sac. Congregat. Concil. in Firmana 16. Apr. 1633. apud Barb. loc. cit. n. 9.

Nec potest Episcopus applicare pœnas pecuniarias 55 pro Vicario curiæ episcopaloris, aut salario Notarii, & Ministrorum. Sac. Congregat. Concil. in Alba-nen. 5. Febr. 1618. apud Barbosam loc. cit. n. 7.

Nec eas pro aliqua parte applicare potest Pro-curatori Fisci, Executoribus, ac Ministris Curiæ. Sac. Congregat. Concil. in una Mentis Alcini 10. Jul. 1610. apud Fagnan. loc. cit. n. 30.

Nec eas assignare potest pro Birruariis curiæ epis-copaloris. Sac. Cong. Concil. in Januen. 5. Jun. 1632. apud Barb. loc. cit. n. 8.

Nec

58 Nec eas applicare potest pro expensis tribunalis, quia hæc causa non potest dici pia; Tum quia cum expensæ hujusmodi spectent ad Episcopum, *Cap. Militare* 5. *caus. 23. q. 1.*, & notatur in *Cap. Cum ab omni, 10. de vita, & honestate Cleric.* talis applicatio cederet in Episcopi utilitatem, quo casu nec ipsi ecclesiæ, vel sacristiæ fieri potest earum applicatio, ut respondit *Sac. Congreg. Concil.* teste Fagnan. *loc. cit. n. 31. & 37.*

59 Nec potest Episcopus, etiam pauper, eas sibi, seu Cameræ suæ episcopali applicare non obstante contraria consuetudine; *Sacr. Congregat Concil.* apud Quarant. *in Summ. Bullar. verb.* Poenæ pecuniariæ: *Pias. in praxi Episc. part. 2. cap. 4. n. 97.* Barbos. *loc. cit. num. 5.* Monacell. *loc. cit. n. 2. & seq.* Ursayam *loc. cit. n. 196.*

60 Unde si Episcopus vere sit pauper, vereque indigent, debet recurrere ad *Sac. Congregat Concil.* pro gratia applicationis dictarum mulctarum, quæ solet illas ad tempus permittere Episcopis vere pauperibus, vereque indigentibus, vel pro sua, & familiæ necessitate, vel pro episcopali palatii refectione, & similibus, ut pluries fuisse decisum refert Zaul. *tom. 1. lib. 4. rubr. 20. n. 57.*, & resolvit d. *Sac. Cong. Concil. in Ravellen 13. Jan. 1646.*, & *in Civitatis Ducalis 27. Maii 1656. ac in Nar-nien. 6. Febr. 1700. apud Ursayam loc. cit. n. 198.*

61 Et Episcopus mulctas pecuniarias locis, & usibus piis non assignans, sed sibi, aut suis Officialibus, & Ministris applicans sine facultate Sacrae Congregationis non est immunis à culpa mortali, ut multis probat Monacell. *loc. cit. num. 3.*, & sequitur Ursaya *loc. cit. num. 197.* & alii. Talis enim Episcopus contemnit in re gravi Sacros Canones, ac Concilium Tridentinum, quod *sess. 25. de reform. cap. 3.* non hortatur, neque obiter decernit, sed imperatively omnibus Episcopis tam pauperibus, quam divitibus præcipit, quod mulctæ pecuniariæ locis piis assignentur, adeoque transgressio ex sui natura erit mortal, cum decreta Apostolica & Conciliaria obligandi vim habeant etiam sub reatu peccati mortal; *Cap. Nulli fas* 5. *dist. 19. Cap. De his 6. dist. 5. Cap. Quia 6. dist. 64. Cap. Violatores 5. caus. 25. q. 1.* & tenent Fagnan. *in c. Quoniam 13. de Constit. in 22. cum Archidiacon. Geminian. Felin. & aliis ibi citatis, & in Cap. A crapula 14. de vita, & honest. Cleric. n. 21. cum aliis ibi allegatis.*

(Vide verb. Concilium).

62 Si concedatur Episcopo applicatio poenæ pecuniariæ pro episcopatu, & sacrario, sub nomine episcopatus intelligitur ecclesia cathedralis, palatum episcopale, & omnes fabricæ, quibus Episcopus providere tenetur; sub nomine vero sacrarii, non solum supellex, quæ inservit pro ecclesia cathedrali, sed etiam qualibet alia necessaria pro aliis ecclesiis, oratoriis, vel capellis ab ipso episcopatu, vel cathedrali dependentibus. *Sacr. Congregat. Episcopor. & Regular. in Assisien. 17. Maii 1592.* & *in una Montis Pelusii 17. Nov. 1593. apud Pitton. Constitut. ad Episcopos n. 27.*

63 Poenæ, & mulctæ delinquentium in una ex duabus diocesisibus, unitis applicandæ sunt piis locis diocesis, cujus sunt delinquentes, & in pari necessitate pauperibus loci, ubi habitant ipsi delinquentes. *Sacr. Congregat. Episcop. & Regular. in Venusina 21. Nov. 1600. apud Pitton. loc. cit. num. 370.* Barb. *loc. cit. n. 4.*, & eadem *Sacra Congregat. in Squillac. Mart. 1618. apud Monacell. loc. cit. n. 6.*

64 Si mulctæ non fuerint per Episcopum in vita applicatae, non possunt ad minorem summam reduci per Vicarium Capitularem. Sic respondit *Sac. Congregat. Concilii in Ripana 18. Apr. 1654. lib. 19. Decretal. fol. 336. apud Ursayam loc. cit. n. 199.*

FERRAR. BIBLIOTH. TOM.VII.

Pro multis retinendis debet ab Episcopo fieri Depositarius ipsarum. *Sac. Congregat. Episcopor. in Ostunen. 3. Sept. 1577. in Spoletana 25. Oct. 1580. in Andrien. 6. Aug. 1602. & 17. Feb. 1645.*, & *Sac. Congreg. Conc. apud Fagnan. loc. cit. n. 32. & seq.*

Et talis mulctarum Depositarius debet esse aliquis de Capitulo *Sac. Congreg. in Missanen.* apud Fagnan. *loc. cit. n. 32.* Monacell. *loc. cit. 7.* Debet que cautionem præstare de bene administrando, expendendo, seu distribuendo cum mandato subscripto ab Ordinario, & reddenda ratione in fine anni cor. Ordinario, & duobus Capitularibus. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Cathacen. 17. Febr. 1645.* & *in Minerbiæ. 6. Sept. 1652.* Quorum Canonum alter debet eligi ab Episcopo, & alter à Capitulo. *Sac. Congr. Episcop. in Terracinen. 20. Novemb. 1654.*

Pecunia mulctarum nullo modo retineri potest ab Ordinario. *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Andrien. 10. Sept. 1596. apud Nicol. in Floscul. verb.* Poena n. 6. & sic videtur voluisse etiam *Sac. Congreg. Concil. in Messanen.* Apud Fagnan. *loc. cit. num. 32.* dum Archiepiscopo Messanensi injunxit, ut poenarum pecuniariarum Depositarium aliquem ex Capitulo constitueret. Unde Depositarius mulctarum non debet deputari pro forma, sed ut vere, & realiter mulctæ apud eum depontantur. Monacell. *loc. cit. n. 9.*, & alii id colligentes ex allatis decretis.

Poenæ, & mulctæ non observantium dies festos pro tertia parte applicari debent accusatori, & pro quarta executoribus; S. Pius V. constit. *incip.* Cum primum. Fagnan. *loc. cit. n. 34.*

Poena, & mulcta interficiens Presbyterum applicanda est pro medietate ecclesiæ, cui præfuit, & pro alia medietate distribuenda est in pauperes pro anima mortui, textu expresso *in Cap. Presbyteri de pœnis*, & ibi Canonistæ communiter.

Ordinarius abstinere debet à poenis pecuniariis contra Regulares. *Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in una Conventualium 29. Sept. 1645. apud Nicol. loc. citat. n. 7.*

Quænam sunt crimina, in quibus minor ætas non minuit poenam. Hujusmodi sunt furtum Hostiæ ex constitutione Innocentii XI. *Ad nostri Apostolatus confirmata à feliciter regnante Summo Pontifice in constitutione Gravissimum: celebratio missæ facta à non promoto ad Presbyteratus Ordinem ex constitutione Urbani VII. Apostolatus officium confirmata à san. mem. Benedicto XIV. in constitutione Sacerdos in æternum.* Idemque obtinet, si quis non promotus ad Ordinem Presbyteratus Confessionem fidelium audiverit, ut *ex iisdem constitutionibus*.

Adverte tamen id procedere, dummodo Reus vigesimum annum compleverit. Quod si infra annum vigesimum fuerit locus est diminutioni poenæ, ut habetur *in mox citatis constitutionibus*.

Quinimmo attentis *iisdem Constitutionibus* aliud singulare in delictis hisce occurrit, quod scilicet confessio, quam vocant *de plano*, facta scilicet à Reo in primo generali Interrogatorio, nec etiam suffragatur ad poenam minuendam.

De Episcopo quæri solet, an valeat is compone delicta Clericorum convertendo poenam in multam aliquam pecuniariam? Varias Doctorum opiniones refert Rosa *de resident. Episcop. cap. 4. sect. ultim. num. 58. & plur. seq.* qui tamen pro affirmativa est; Confer etiam Romaguer. *ad Sinodal. Gerund. lib. 3. tit. 2. cap. 3. n. 11.*

Ceterum non debet temere, & sine causa Episcopus ad compositionem devenire: “Episcopus (inquit Rosa ut supra) debet multa observare; præsertim, ut eas tunc faciat, quando pars est concordia,

„ data , & habita fuit remissio , seu exculpatio à par-  
 „ te offensa &c. Secundo , ut fiat ante sententiam la-  
 „ tam , licet nunc in praxi utatur illa clausula : Salva  
 „ potestate minuendi , aggratiandi &c. Qua attenta  
 „ post sententiam latam à Vicario potest Episcopus  
 „ facere compositionem &c. Et sic Episcopus compo-  
 „ sitionem facere debet , quando hæc pecuniaria plus  
 „ juvaret , quam alia &c. Divitibus autem cum magna  
 „ cautela , & prudentia imponenda est poena hæc pecu-  
 „ niaria , quia nullus Reus prætermittit culpam , quam  
 „ redimere potest auro &c. Et docent etiam hujus-  
 „ modi Doctores , quod tantum facere potest hanc  
 „ compositionem , quando venit imponenda poena  
 „ extraordinaria , & ubi poena non est à jure ta-  
 „ xata ; secus autem si esset statuta , vel in gra-  
 „ vioribus criminibus , vel manifestis &c. tandem  
 „ compositionem facere debet gratia correctionis pro  
 „ corrigendis excessibus , & charitatis ardore. &c. In  
 „ visitationibus autem ab hujusmodi compositionibus  
 „ abstinere debet , “ Consule etiam Squillant. de  
 „ privileg. Episcop. part. 1. cap. 28. n. 15. & plur.  
 seq.

82 De applicatione poenæ pecuniariæ facienda ab Epis-  
 copo , vide distinctiones , cum quibus procedunt apud  
 Rosa loc. citato & Fagnanum in Cap. Presbyteri,  
 de pœnis.

83 Illud vero non est hic prætereundum , quod Epis-  
 copus poenas à sacris canonibus impositas non po-  
 test remittere nisi in casibus expressis ; Romaguer.  
 ad Sinodal. Gerund. lib. 1. de Summa Trinit.  
 num. 87.

### ARTICULUS III.

De pœnis in specie , X variorum delictorum.

#### SUMMARIUM.

- 1 Amputationis alicuius membra pœna quid sit , cum quibus soleat practicari.
- 2 Berlinæ pœna quid sit.
- 3 Bullationis , seu stigmatis pœna quid sit.
- 4 Carceris pœna quid sit.
- 5 Catenæ infamis pœna quid sit.
- 6 Confiscationis honorum pœna quid sit.
- 7 Fiscus quid sit.
- 8 Pœna confiscationis honorum Clerici quoque im-  
poni potest.
- 9 Damnationis in metallum pœna quid.
- 10 Degradationis pœna quid.
- 11 Deportationis pœna quid.
- 12 Detrusionis in arctum monasterium pœna quid.
- 13 Exilii pœna quid.
- 14 Fustigationis pœna quid.
- 15 Ictum funis , seu torturæ pœna quid.
- 16 Immutationis pœna quid.
- 17 Infamiae pœna quid.
- 18 Inabilitatis ad beneficia pœna quid.
- 19 Mitræ pœna quid.
- 20 Pecuniaria pœna quid.
- 21 Privationis Beneficiorum pœna quid.
- 22 Relegationis pœna quid.
- 23 Stigmatis , seu Bullationis pœna quid.
- 24 Talionis pœna quid.
- 25 Triremum pœna quid.
- 26 Verberationis , seu Flagellationis pœna quid.
- 27 Ultimi supplicii pœna quid.
- 28 Pœna ultimi supplicii dividitur in tres species , quæ assignantur.
- 29 Delictorum pœnae variæ pro varietate criminum  
hic subnectuntur. Et primo assignatur Abi-  
geatus pœna.
- 30 Abortus pœnae quæ.
- 31 Abusus in Baptismo pœna quæ , ad n. 32.
- 33 Abusus in Confessione pœna quæ , ad n. 36.

- 37 Abusus in Eucharistia pœna quæ , ad n. 41.
- 42 Abusus in Matrimonio pœna quæ , ad n. 43.
- 44 Abusus in Ordine pœna quæ , ad n. 48.
- 49 Abusus Sacræ Scripturæ pœna quæ .
- 50 Adulterii pœna quæ .
- 51 Alchimistarum pœna quæ .
- 52 Alienationis bonorum Ecclesiasticorum pœna  
quæ .
- 53 Ambitus pœna quæ .
- 54 Annonæ fraudatæ pœna quæ .
- 55 Apostasiæ pœna quæ .
- 56 Appellationis malæ pœna quæ , ad n. 59.
- 60 Arma prohibita deferentium pœna quæ , ad n. 61.
- 52 Assassini pœna quæ .
- 63 Astrologiam Judicariam profitentium pœna quæ .
- 64 Bestialitatem committentium pœna quæ .
- 65 Blasphemias loquentium pœna quæ .
- 66 Calumniatorum pœna quæ , ad n. 69.
- 70 Collusionis , seu prævaricationis pœna quæ , &  
quid sit collusio . & prævaricatio , ad n. 73.
- 74 Concubinatus pœna quæ , ad n. 80.
- 81 Concubinariorum Clericorum pœna quæ .
- 82 Concussionis pœna quæ & quid sit concussio.  
ad n. 85.
- 86 Consortii suspecti pœnae in Clericis quæ , ad n. 88.
- 89 Conspirantium pœna quæ , ad n. 92.
- 93 Dilapidationis pœna quæ , ad n. 96.
- 97 Duellantum pœna quæ .
- 98 Expilatæ hereditatis pœna quæ , & quid sit  
crimen expilatæ hereditatis , ad n. 99.
- 100 Falsariorum pœna quæ .
- 101 Falsificantum monetas pœna quæ .
- 102 Fornicationis pœna quæ , ad n. 103.
- 104 Furti pœna quæ , ad n. 121.
- 122 Hæreticorum pœna quæ .
- 123 Homicidii pœna quæ , ad n. 136.
- 137 Incendiariorum pœna quæ .
- 138 Incestus pœna quæ , ad n. 144.
- 145 Injuriantium pœna quæ , ad n. 146.
- 147 Largitionis , & receptionis munierum in Regu-  
laribus , & aliis pœna quæ .
- 148 Læsæ Majestatis pœna quæ , ad n. 155.
- 156 Libellos famosos componentium , dictantium , &  
vulgantium pœna quæ .
- 157 Litteras alienas aperientium , lacerantium , &  
intervipientium pœna quæ .
- 158 Literas Apostolicas , aliasque falsificantum  
pœna quæ .
- 159 Magiæ pœna quæ .
- 160 Maledicorum pœnae quæ , ad n. 164.
- 165 Monopolii pœna quæ .
- 166 Omittentium Sacramentalem Confessionem , &  
Communionem in Paschate pœna quæ .
- 167 Omittentium recitationem horarum canonicarum  
pœna quæ .
- 168 Osculantis fæminam invitam pœnae quæ , ad n. 170.
- 171 Osculantis Monialem , & ulterius copulam car-  
nalem cum ipsa habentis pœna quæ , ad n. 172.
- 173 Parricidii pœna quæ .
- 174 Partus suppositi pœna quæ .
- 175 Peculatus pœna quæ .
- 176 Perjurii pœna quæ .
- 177 Plagii pœna quæ .
- 178 Polygamia pœna quæ .
- 179 Prævaricationis pœna quæ .
- 180 Rapinæ pœna quæ , ad n. 181.
- 182 Raptus pœna quæ .
- 183 Repetundarum criminis pœna quæ , ad n. 185.
- 186 De residuis criminis pœna quæ , & quid sit  
crimen de residuis , ad n. 187.
- 188 Revelationis secretorum pœna quæ , ad n. 194.
- 195 Revelantium audita in Confessione Sacra-  
mentali pœna quæ .
- 196 Sacrilegorum pœna quæ .
- 197 Schismaticorum pœna quæ .

- 198 Sepulcri violati pœna quæ, & quid sit Sepulcri violati crimen.  
 199 Simoniacorum pœna quæ.  
 200 Sodomitarum pœna quæ.  
 201 Sollicitantium ad turpia extra Confessionem pœna quæ.  
 202 Sollicitantium ad turpia in Confessione Sacramentali pœna quæ.  
 203 Sortilegiorum pœna quæ.  
 204 Stellionatus pœna, & quid sit crimen Stellionatus, ad n. 205.  
 205 Stupri pœna quæ, ad n. 207.  
 208 Subornationis testium ad dicendam falsitatem pœna quæ.  
 209 Subornantium vocales Regulares pœna quæ.  
 210 Tergiversationis pœna quæ.  
 211 Termimi moti pœna quæ, & quid sit crimen termini moti, ad n. 212.  
 213 Truffatorum pœna quæ, & quid sit Truffa, & Truffator, ad n. 214.  
 215 Vis publicæ pœna quæ, ad n. 218.  
 219 Vis privatæ pœna quæ.  
 220 Quæ differentia intercedat inter vim publicam, & privatam.  
 221 Usurriorum pœna quæ.  
 222 Alia ad rem, remissive.  
 223 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 230.  
 231 Addit. ex aliena manu, ad n. 236.

**A**mputationis alicujus membra, puta manus, aurum, narium &c. poena est, quæ solet infligi in delictis atrocibus, & præsertim quando agitur de falsantibus scrituras, armata manu insurgentibus, in Officiales majores, ipsosque ferientibus, ac occidentibus, & hujusmodi. Sic solet manus abscindi Notariis falsa instrumenta conficientibus, scribis scrituras falsantibus libellos famosos contra Principes componentibus, Militibusque suos majores Officiales ferientibus, ac occidentibus, sicque aliis propter gravia ignominiosa facinora, nares, seu aures ad eorum perpetuum dedecus solent abscindi. Ursaya *Instit. criminal. lib. 4. tit. 5. n. 166.* cum aliis ibi citatis.

**B**erlinæ, seu ut alii dicunt, catenæ infamis poena est species punitionis dari solitæ malefactoribus eos publicæ derisioni, & ludibrio exponendo in loco, qui vulgo *Berlina* vocatur, & hæc irrogari solet furibus bursarum, truffatoribus, falsis testibus, meretricibus, & similibus vilibus personis. Farinac. *prax. crimin. q. 19. num. 28.* Gandin. *in praxi tit. de pœnis Reorum q. 16.* Ursaya *loc. cit. n. 176.*

**B**ullationis, seu stigmatis poena est species punitionis, qua antiquitus bullabantur Rei in facie, sed hæc sublata fuit per Constantimum Imperatorem *in leg. Si quis in metallum 17. Cod. de pœnis.* Et quidem pia, & sancta ratione, quia, ut ibi dicitur, facies hominis ad Dei similitudinem est efformata, ideo foedari non debet, ibi: *Facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est caelstis figurata, minime maculetur.* Farinac. *loc. cit. q. 18. num. 97. & seq.* Ursaya *loc. cit. n. 182. & seq. & alii.*

(Vide lit. M pag. 37. & lit. G 150. in add. hisp. atque nov.)

**C**arceris poena possunt Rei puniri juxta eorum delicta perpetuo vel ad tempus. Quamvis enim inventio carceris facta fuerit ad Reorum custodiam, & non ad poenam; ex recepta tamen communi hodierna praxis formalis carcer tam perpetuus, quam temporalis pro poena Reis infligitur; cap. Excommunicamus 15. §. final. *de Hæreticis cap.* Quamvis 3. „*de pœnis in 6.* ibi: “Quamvis ad Reorum custodiam, non ad poenam carcer specialiter deputatus esse noscatur; Nos tamen non improbamus, si subiectos tibi Clericos confessos de criminibus, vel convictos (eorum excessibus, personis, ceterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis) in

, perpetuum, vel ad tempus, prout videris experire, carceris mancipes ad poenitentiam peragendam.

(*Leg. 4. tit. 31. p. 7.* licet per eam ita stabiliatur, de servis loquitur, non de ingenuis, liberisve hominibus; eadem lex declarat (*idem per leg. 11. tit. 29. ejusd. p.*) ad custodiam non ad poenam carcerem signari: hodie animadversum existit (*Vid. leg. 13. tit. 24. lib. 8. Recop. Cast.*), Reos cuiuscumque qualitatis non valere ultra decennium condemnari: duæ Reorum classes distinguuntur: eorum una, forte, de improviso casu, fere absque præmeditatione delictum committentium: secunda illorum, à quibus dolose, cordeque perverso crimina hujusmodi perpetrantur: numquam ultra dictum terminum fiet condemnatio: verumtamen istis, similes excessus committentibus, sub qualitate est in condemnatione tempus exprimentum, ut, usquequo licentiam obtinuerint, ibi permaneant; nihilominus esset prædicta lex ann. 1771. promulgata (vid. de ea aliquid verb. *Fur, in add. hisp. pag. 137.*), aliquam notabatur contraventionem inesse, ideo per *Reg. Sched. 28. Mart. an. 1786,* ejusdem legis mentione facta, est determinatum, quascumque personas, sexus virilis sive foeminei fuerint, in correctionis loca, hospitia, &c. destinatas, sine temporis præfinitione ibi non esse damnandas, sed omnibus, propter easdem causas, aliasve ejusdem qualitatis terminum iri præfixum).

Catena infamis poena est eadem ac illa *Berlinæ.* Vide supra num. 2.

**C**onfiscationis bonorum poena est auctio universalis omnium bonorum, vel alicujus quotæ ad fiscum, ita ut idem sit dicere confiscatio, ac applicatio, ut notat Cassen. *ad consuet. Burg. rubr. 2. de confiscat. n. 2.* Ursaya *loc. cit. tit. 6. num. 4., & 5.* cum aliis ibi citatis. Fiscus autem, qui *Saccus male ablatorum* vocatur, & *De Rubeis in disc. ad scien. Amat. in princip. tom. 3. recent. n. 412.* dicitur bursa publica, in qua pecunia publica reponitur, illumque describit Guazzin. *de confiscat. concl. 1. n. 3.* ut sit vir parum placidus, omnibus invitus, Deo odiosus, & nihil in se æquitatis habens. Bajard. vero *ad Clar. q. 3. n. 4.* asserit, Fiscum nihil aliud esse, quam subditorum calamitatem, & late Pereg. *de jure Fisci tit. de Fisc. n. 1.* ubi quod primo loco Fiscus erat bursa, seu crumena publica, deinde transivit in saccum, & tandem in domum seu Cameram, indeque appellatur *Camera;* sic expresse Ursaya *loc. cit. n. 6. & 7.* Poena confiscationis bonorum Clericis quoque imponi potest, Cap. Vergentis 10. *de Hæreticis Cap.* Cum secundum 19. eodem in 6. Cap. Super 25. *de verbis significat.* ita tamen ut bona confiscata applicentur ecclesiæ, in qua Clericus beneficium habuit, Cap. Excommunicamus 15. §. Damnati, *de Hæreticis,* ibi: *Si vero Clerici, applicentur (bona) Ecclesiis, à quibus stipendia recuperunt.* Si autem Clericus nullum beneficium habuit, bona illius confiscata veniunt ad Fiscum ecclesiæ, vel Episcopi convertenda in pios usus. Farin. *prax. crimin. q. 190. à n. 154., & alii passim* juxta dicta supra art. 1. n. 50. ad 62.

(Vid. verb. Successio ab intestato, vers. Sequentibus: : in add. hisp.)

Damnationis in metallum, seu in opus metalli poena erat antiquitus multum in usu, & per ipsam licet Rei vitam non amitterent, amitterebant tamen libertatem, & civitatem, juxta text. *in leg.* aut damnnum 8. *ff. de pœnis,* cum aliis apud Alciat. lib. 2. *Parergon. cap. 39.* At hodie illius loco poena triremum subrogata est, vulgo *Galera*, ubi Rei asperis catenis Vinciuntur, & ad opus remigandi damnantur, Jul. Clar. *in Prax. p. 67. & 70.* Ursaya *loc. cit. n. 132., & seq. & alii passim.*

(Fit mentio in add. hisp. nov. lit. R, pag. 124. col. 2. neminem posse ad triremes condemnari, cum non subsisterent, & pax esset inter aliquas africanas regio-

giones inita : verum cum superesset , eamdem cum Algerio Mahometano perficere , suum robur ipsamet obtinuit poena , fuitque iterum demandata , & sequenti tempore cautiones maximæ ( vid. libellum vulgo *Gazeta* num. 58. ann. 1785), si navigationem quilibet intenderet in Americana , aliave territoria , ut omnis interceptatio evitaretur , fuere animadversæ : ceterum jam causa cessavit : cautelæ , & regulæ in hunc finem præfinitæ , quamquam mente debeant retineri , eo quia quod discere supervacuum videtur , prodest cognoscere , non necessariæ hodie censentur , nam causa cessante , cessat ( Vid. lit. E , pag. 362. col. 1. ante num. 39. & lit. I , pag. 7. num. 34. prope fin.) effectus : prædictæ dispositiones vim suam retinebant , siquidem pax cum citata africana regione non erat effectum sortita , verum , cum per Reg. Ordinat. 27. Aug. ann. 1786. ( Recognoscatur idem libellus ejusd. anni num. 80. 81. & 82.) appareat , pacem & concordiam inter nationem hispanicam , algeriamque regionem esse firmatam , supersederunt : in eodem libello pacis hujusce Tractatus , decretumque remissio- nis , ut à Supremo Castellæ Consilio in omnium ad implementum schedulam debitam expediri præcipe- retur , invenitur : inter multa specialia , quæ in hoc Tractatu recensentur , caput vigesimum quintum memoriæ commendetur : non solum hispana ora mariti- ma digna erunt veneratione , sed etiam ditionis Pon- tificiæ , ita à nostro Catholico Principe D. D. Caro- lo III. propositum fuit concessum ).

- 10 Degradationis poena quid sit , & in quibus casibus locum habeat ? Vid. verb. *Degradatio per tot.*
- 11 Deportationis poena antiquitus satis frequens consistebat in amissione civitatis , retentis vita , & li- bertate : : Leg. Relegati 4. & Leg. Inter poenas 6. ff. de Interdictis , & Relegatis : Hodie tamen in ejus locum successit bannum , seu exilium . Farinac. loc. cit. q. 19. n. 15. , & 16. Clar. in Prax. q. 67. n. 9. Ursaya loc. cit. n. 155. & alii. ( Verb. Bannitus ).
- 12 Detrusionis in arctum monasterium poena antiquo jure infligi solita , Cap. Pervenit 2. de Adulter. cap. Inter 10. de Purgat. Canonic. Cap. Tuæ 6. de pœ- nis cum similibus , hodie in desuetudinem abiit , & loco illius vel Triremes , vel carceres perpetui in- fliguntur Farinac. in prax. crimin. q. 119. n. 55. Ursaya loc. cit. tit. 5. à n. 90. Fagnan. in Cap. Cum non ab homine 10. num. 104. de Judiciis, Reiffenst. l. 5. Dec. tit. 37. n. 111. & alii. ( Verb. Adulterium quoad poenas ).
- 13 Exilii poena est ejectio à Civitate , & interdum etiam à tota ditione , seu statu , quæ in præsentes dicitur exilium , in absentes vero bannum . Scann. de Visit. carcer. lib. 1. cap. 3. num. 15. Ursaya loc. cit. n. 156. , & alii passim. Vide verb. Bannitus, Bannum.
- 14 Fustigationis poena de se clara ex ipsomet nomi- ne est , quæ irrogari solet furibus , incisoribus bur- sarum , truffatoribus , falsis testibus , & similibus vi- libus personis . Scann. de visitat. carc. lib. 1. cap. 3. n. 12. Ursaya loc. cit. num. 174. Farinac. loc. cit. q. 19. n. 29. Gandin. in prax. tit. de pœn. Reor. q. 16. De hoc fit sermo in l. Ictus fustium 22. ff. de his , qui notantur infamia , & in l. Fustibus 16. Cod. Ex quibus causis infamia irrogatur , Vide infra n. 26. de verberationis pœna .
- 15 Ictuum funis , seu torturæ poena est , quæ inflig- tur in delictorum vindictam , & sæpe saepius in pu- blico loco etiam pro levibus delictis hac poena tor- quentur viles personæ , ut pro ludis vetitis , pro de- latione armorum , & similibus . Ursaya loc. cit. n. 179. & alii passim.
- 16 Immutationis poena est , qua Rei clauduntur in- tra cellam , muro obstructa porta , & relicta tantum parva fenestra ad recipiendum lumen , & altera , per quam eis subministrari possint necessaria ad victum ,

qua poena puniendi sunt Religiosi hæretici ; cap. Accusatus 8. §. final. de Hæreticis in 6. & Moniales ob delicta carnis consummata , & scandalosa. Sacr. Congregat. Episcop. & Regularium in Ragusina 16. Maij 1620. Nicol. in Floscul. verb. Poena nume- ro 2. Ursaya loc. cit. n. 162. & alii.

Infamiae poena quid sit , & quos pariat effectus: Vide 17 verb. Infamia per tot.

Inabilitatis ad beneficia poena est , qua quis inha- bilis , & ineptus redditur ad valide recipiendum be- neficium , dignitatem , & officium ecclesiasticum , ita ut collatio ipso facto , & ante omnem sententiam sit nulla . Communis , & patet ex dictis sub verb. Lex art. 2. n. 37. ubi fuit dictum , quod poena , seu lex poenalis latæ sententiæ in iis , quæ nullam excusationem requirunt , sed potius in negatione & caren- tia , seu abstinentia consistunt , obligant statim in con- scientia ante sententiam Judicis . Quinam autem inha- biles sint ad obtinenda beneficia . Vide verb. Beneficia art. 5. à n. 65. ad 90.

Mitræ poena est , cum qua Reus mitratus produ- citur in publicum , dum fustigatur , idque pro majo- ri ignominia , & Judices hanc poenam infligere solent lenonibus , ut observant Vulpin. de delictis carnis q. 144. per tot. Peguer. decis. criminal. 14. Sabell. in prax. universal. §. Ruffiani num. 1. Ursaya loc. cit. tit. 5. n. 178. referens hac poena punitos fuisse publice per Urbem die 16. Septembris 1711. maritum , & uxorem ob lenocinium ejusdem mariti cum sua uxore .

Pecuniaria poena in hoc consistens , quod delinquens 20 loco alterius poenæ , vel una simul cum alia certam summam pecuniariam solvere debeat , licite , & va- lide etiam à Judicibus ecclesiasticis imponi potest . Com- munis , arg. cap. Statuimus 55. caus. 16. q. 1. cap. Dilectus 6. de Offic. Ordinar. Cap. Postulasti 14. de Judæis : ibi : Ipsum poena pecuniaria punias , vel alia temporali , ita tamen , ut regulariter loquendo non ipsi Judici , sed causis piis debeat applicari , jux- ta dicta art. antecedenti à num. 50. ad 62.

Privationis beneficiorum poena est , qua quis pri- vatur beneficiis , dignitatibus , vel officiis ecclesiasti- cis rite obtentis . Communis . Quot autem modis , & ex quibus causis proveniat talis poena ? Vide verb. Beneficia art. 7. per tot.

Relegationis poena , quæ confunditur cum exilio seu banno cum hac differentia , quod relegatio restricta est ad certam civitatem & locum : exilium autem seu bannum non sic , potest , & solet etiam adhiberi ab Episcopis contra Clericos delinquentes , ipsos relegando in aliquem certum locum suæ dioecesis , vel etiam in exilium mittere extra dioecesim . Commu- nis . per text. in Cap. Cum fortius. 1. de calum- niatoribus , Cap. Cum beatus 8. dist. 45. cum si- milibus .

Stigmatis , seu bullationis poena quid sit , & quare 23 sublata fuerit ? Vide supra n. 3.

Talionis poena est , quæ indicta est contra calum- niatores , seu falsi criminis accusatores à S. Damaso Papa Epist. 4. c. 7. & ab Adriano I. Ep. De- cret. cap. 24. relat. in Cap. Calumniator 2. & Cap. Qui non probaverit 3. caus. 2. quæst. 3. leg. Quis- quis 10. Cod. de Calumniatoribus , & est , ut ca- lumniator , seu falsi criminis accusator subire teneat- tur eas poenas , quas de jure subire debuisset accu- satus , si concludenter probatus fuisset delinquens ; Et quamvis hæc poena videatur hisce nostris temporibus abiisse in desuetudinem , ejus tamen vim innovavit S. Pius V. constitut. incip. Cum primum : Unde adhuc omnino poena talionis infligenda est , in illis locis , & Regionibus , in quibus justis de causis per suas peculiares leges præcipitur observari , ut præcipi- tur observari in nostra Religione Minorum de Ob- servantia Statut. Vallisolet. c. 7. tit. de pœna talio- nis ; Amenus de delict. & panis tit. 5. §. 4. verb. Ca-

Calumniatio num. 17. Compend. Sanct. verb. Accusatio, Accusator, num. 5. 6. 8. & 9. verb. Talionis poena Reiffenstuel lib. 5. Decret. tit. 1. n. 12.

25 Triremium poena vulgo Galera est, qua Rei catus asperis, & durissimis Vinciuntur, & ad opus remigandi damnantur. Raynald. tom. 2. ad cap. 19. §. 4. num. 8. Ursaya loc. cit. tit. 5. n. 33. & alii passim. (Vid. n. 9. sup.).

26 Verberationis, seu flagelationis poena quamvis pleisque in locis in desuetudinem abierit, & Clerici præsertim verberari non consueverint, teste Claro §. final. q. 71. n. 2. tamen de jure adhuc infligi potest; dummodo absque sanguinis effusione, & non enormiter, sed moderate fiat: Clericus enim alium Clericum calumniose accusans beneficio, & officio privari, & verberibus castigatus in exilium mitti potest, textu expresso in Cap. Cum fortius 1. de Calumniatoribus, ibi: "Subdiaconatus, quo indignus fungitur, privari officio, & verberibus publice castigatum in exilium deportari; cap. In Archiepiscopatu 4. de Raptoribus; ibi: Pecuniaria poteris pena mulctare, & etiam flagellis afficere moderatione adhibita, qua flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur." Clarus loc. cit. Reiffenstuel lib. 5. decretal. cit. 2. n. 10. & tit. 37. n. 104. & alii passim.

27 Ultimi supplicii poena consistit in separatione animæ à corpore; l. Ultimum supplicium 21. ff. de pœnis, ibi: Ultimum supplicium esse mortem solam interpretamur. Dicitur etiam Capitale, l. Præsenti 6. Cod. de his, qui ad Ecclesiam configiunt, ibi: Capitali, & ultimi supplicii animadversione plectendis. Et etiam Capitis, l. Relegati 4. ff. de pœnis, ibi: Pœna capitum. Item vocatur Pœna gladii, l. Si quis 20. Cod. de his, qui accusare non possunt, ibi: Ultere gladio feriatur. Item appellatur simpliciter supplicium sine aliquo addito, per antonomasiam enim intelligitur poena mortis; l. Quis cum major natu 14. §. 3. ff. de bonis Libertorum, ibi: Supplicium habuit, l. Fratres 2. ff. de Lege Pompeja, de Parcidiis: ibi: Supplicio affectus.

28 Poenam hanc ultimi supplicii, seu mortis naturalis in tres dividit species Carena de Offic. Inquis. part. 3. tit. 13. num. 1. & seq. In quarum prima ponit illam, quæ sequitur ex concrematione, ac excoriatione, & sectione per serram, ex dissectione in partes, ex objectione bestiis ad dilaniandum, ex reptatione, & laceratione per spinas, & tribulos, ex perpetuis vigiliis, ex lapidatione, & ex inedia; In secunda ponit illam, quæ sequitur ex furca, & ex præcipitatione. In tertia ponit illam, quæ sequitur ex capitis amputatione, & ex sanguinis per venas paulatim, & non copiose facta emissione; sic literaliter Ursaya loc. cit. lib. 4. tit. 1. à num. 105. ad 107.

29 Delictorum poenæ variae pro varietate criminum hic subnectuntur. Et primo Abigeatus poena de jure communi varia est, pro varietate circumstantiarum delicti, & personæ, ita ut aliquando ad bestias damnentur, & aliquando relegentur; l. De abigeis puniendis 1. l. Abigeatus 2. & l. Oves 3. ff. de Abigeis: Hodierna autem consuetudine puniri solent ut Fures, prout ad citatas Leges magis declarant Doctores (Verb. Abigeatus).

30 Abortus poenæ quæ sint; Vide verb. Abortus per tot.

31 Abusus in Baptismo, si committatur malitiose ex parte materiæ, aut formæ, aut intentionis, & judicialiter possit probari aliquem sic abusum fuisse ad positivum finem non conferendi Sacramentum, quamvis poena pro tali crudeli delicto non reperiatur in jure expressa, esset tamen ultimi supplicii, quia si tali poena puniendus est injustus homicida corporis, ut dicitur de poena homicidii, à fortiori tali poena puniendus esset homicida animæ. Amenus de delictis,

& pœnis tit. 8. §. 1. verb. 6. Abusus in Baptismo n. 13. & 14. Si abusus committatur in voluntaria, & malitiosa reiteratione Baptismi, de jure civili est mors tam in conferente, quam in malitiose suscipiente, textu expresso in l. Si quis 2. Cod. Ne Sanctum Baptisma iteretur. Et de jure Canonico talis rebaptizans, & rebaptizatus etiam occulte sunt irregulares, cap. Confirmandum 65. dist. 50. cap. Afris 3. dist. 98. cap. Qui in quolibet 10. caus. 1. quæst. 7. cap. Qui in his 117. & cap. Eos 118. de consecrat. dist. 4. cum similibus.

33 Abusus in confessione, si committatur à non Sacerdote excipiente Sacramentales Confessiones, prima poena est irregularitas, c. 1. & 2. de Cleric. non ordinat. ministrant. Secunda poena est quod taliter absolvens puniatur tamquam vehementer suspectus de hæresi ut statuit Gregorius XIII. constit. incip. Officii nostri: Tertia poena est traditio in manus Judicis Laici qui Reum ultimo supplicio afficiat, ut statuit Clemens VIII. constit. incip. Etsi alia: & quamvis minor ætas salvet Reos ab ultimo supplicio, tamen si Reus hujus delicti superet annos 20. licet non compleverit annos 25. adhuc est morte plectendus, ut decrevit Urbanus VIII. constit. incip. Apostolatus officium. Si committatur à Sacerdote absolvente 34 poenitentes absque jurisdictione, est suspensio ex sententia Judicis, cap. Placuit 9. q. 2. cap. Placuit, de pœnit. dist. 6. & cum talis se gerat ut Confessarius, & Confessarius non sit, potest insuper puniri pœna falsi, arg. l. Eos qui diversa §. final. ff. Ad Leg. Cornel. de Fals. Amen. loc. cit. tit. 8. §. 4. num. 29. & alii. Si committatur à Sacerdote absolvente à censuris, & casibus reservatis sine jurisdictione, est excommunicatio, privatio officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac inhabilitas ad ipsa, ut jussu Clementis VIII. statuit Sacra Cong. 26. Novembris 1602. contra omnes Sacerdotes seculares, aut Regulares præsumentes absolvere extra mortis articulum ubique à casibus contentis in Bulla Cœnæ, aut à quinque casibus Clementis Papæ reservatis extra Urbem, & intra Italianam. Si committatur à Sacerdote 35 frangente sigillum Confessionis, quas poenas incurrat? Vide verb. Sigillum Sacramentalis Confessionis à n. 25.

37 Abusus in Eucharistia, si contumeliose, & sacrilege committatur, eam pedibus conculcando, brutis comedendam projiciendo, in sterquilinium, aut ignem injiciendo, aut cultro seu pugionibus dilacerando, & hujusmodi, est mors qualificata juxta modum, & gravitatem contentus, & quidem severior ea, quæ debetur pro crimine læsæ Majestatis humanae; cum longe gravius sit tale crimen læsæ Majestatis Divinae. Si committatur per Sacrilegum furtum 38 ipsius, ut furans ea utatur ad superstitiones, incantationes, aliaque sortilegia, seu illam de manu Sacerdotis ore accipiat communicare fingens, & deinde ad dictos superstitiones, & sortilegos fines conservet, atque adhibeat, est etiam mors qualificata juxta gravitatem contentus; sicuti si furans sacram Pyxidem, indigne projiciat SS. Sacramentum in terram. Vide verb. Fur n. 7. Item si furans Sacram Pyxidem ad eam conflandam, ac vendendam, & occasionative etiam Eucharistiam asportat, ultimo supplicio puniatur, ut etiam morte punitur furans Sacram Pyxidem, & Sacras Particulas relinquens in Ciborio, Altari, aut in terra; Amenus loc. cit. tit. 8. §. 2. à n. 13. ad 15. Vide verb. Fur à num. 75. Vide infra num. 115. Si committatur abusus per vomitum Eucharistiae causatum ex ebrietate, seu voracitate, si talis abutens sit Laicus, debet pœnitere per 40. dies: si est Clericus, vel Monachus per 70. si vero Episcopus per 96 dies; cap. Si per ebrietatem, de consecrat. dist. 2. Si autem abusus committatur in negligenti, seu minus decenti ipsius Eucharistiae custodia, ita ut ob talem negligentiam Eu-

cha-

- charistia aliqua injuria afficiatur, is, cui demandata est talis custodia, debet per trimestre à proprio officio suspendi, textu expresso *in cap. Statuimus 1. de custodia Eucharistiae: Et si per ejus incuriam aliquid nefandi inde contigerit* (ut videlicet Eucharistia fuerit à muribus corrosa, aut temeraria manu furto sublata) *ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda.... graviori subjacere debet ultiōni, arbitrio nempe Superioris infligendæ, textu expresso in cit. 41 cap. Statuimus:: Si tandem abusus committatur à Sacerdote, qui sine aqua, & candelis accensis, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificet, tunc officio, & beneficio privatur, textu expresso in cap. Literas 14. de celebratione Missarum.*
- 42** Abusus in Matrimonio, si committatur à Clerico in Sacris contrahente Matrimonium, poena est excommunicationis, & Irregularitas. Vide *verb. Impedimenta Matrimonii art. 2. n. 6. & 7.* insuper tamquam suspectus de hæresi potest puniri in Sancta Inquisitione poena arbitraria Sacrae Congregationis supremæ Inquisitionis, quæ poena aliquando ex circumstantiis facti extenditur usque ad damnationem ad tritemes:
- 43** Amenus *loc. cit. tit. 8. §. 5. n. 29.* Si autem committatur polygamia variae pro varietate abusus sunt poenæ. Vide *verb. Polygamia à n. 27. ad 33.*
- 44** Abusus in ordine, si committatur, ex quo conferatur, & suscipiatur ante legitimam ætatem, vel extra tempora, aut sine literis dimissoriis, seu sine legitimo titulo, aut sine celebratione Missæ, vel ex quo eidem conferantur duo Sacri Ordines eodem die, aut non spectatis interstitiis, variae pro varietate abusus sunt poenæ. Vide *verb. Ordo, Ordinare, art. 4. 45 per tot.* Si committatur, ex quo Ordines sint furtive suscepti, sic ordinatus non potest ministrare in taliter susceptis, nec ad Superiores Ordines promoveri. Et si Episcopus protulit excommunicationem contra furtive accedentes solus Papa dispensare potest. Si autem Religionem ingrediatur, & in ea laudabiliter vivat, potest Episcopus, aut ejus Prælatus dispensare. Quod si Episcopus nullam excommunicationem interminavit, potest Episcopus cum illo dispensare, peracta poenitentia imposta; *cap. Veniens 1. cap. Cum collator 2. cap. Innotuit 3. de eo qui Ordinem furtive suscepit. Amenus loc. cit. tit. 8. §. 3. 46 n. 19.* Si committatur abusus, ex quo quis per saltum Ordinem suscipiat, ipse est suspensus ab Ordine per saltum suscepto, & non potest sine dispensatione ad alios Ordines promoveri, & ab ipsa suspensione, si promotus non ministravit in Ordine male suscepto, dispensare potest illius Episcopus etiam cum scienter male promoto, & etiam in casu publico, ut ex Trident. sess. 23. *cap. 14. de ref.* ubi Barbosa *n. 9.* Si autem ministravit, indiget dispensatione Apostolica, ut firmant Majol. Salzed. Filiuc. Riccius, Homobon. Bonacin. apud Barbosa *loc. cit. 47 n. 7.* Amen. *loc. cit. n. 22. & alii.* Si committatur abusus, ex quo Clericus, aut Laicus ministret in Ordine Sacro, quem non habet, ipse est Irregularis respectu Ordinum suscipiendorum, & respectu ordinum susceptorum manet suspensus arbitrio Episcopi, qui potest (imposita prius poenitentia, & ea in parte à Reo adimpta) illam tollere; *cap. Ex literis 2. de Clerico non ordinato ministrante.* Non promotus autem ad Sacerdotium attentans missam celebrare, aut Sacramentales Confessiones excipere (post abjurationem de vehementi, & si Clericus sit, degradationem) tradendus est Curiæ seculari ultimo supplicio perimendus. Gregor. XIII. constit. *incip. Officii nostri:: Clemens VIII. constit. incip. Et alias: Urbanus VIII. constit. incip. Apostolatus Officium:: 48* Vide *supra n. 33.* Si tandem committatur abusus, ex quo Sacerdos absque privilegio, vel necessitate plures missas celebret eadem die, tunc talis Sacerdos sit Irregularis. *Sacr. Congregatio Concil. in Placentina 11. Januarii 1710. ad primum dub. Vi-*

*de verb. Missa art. 5. n. 10. & à n. 18. ad 27.* ubi assignantur sufficietes necessitates celebrandi plures missas eadem die. Et si plures missas celebret propter solam avaritiam, & non jejonus, peccat mortaliter, & est puniendus poena arbitraria juxta circumstantias delicti, temporis, loci, & personæ, cum id sit contra multos Canones; *cap. Ut jejunii dist. 5. cap. Nihil 7. quæst. 1. cap. Sufficit, & cap. Consulisti 3. cap. Te referente 12. de celebrat. missarum cum similibus Vide Amen. loc. cit. num. 40. & seq.*

Abusus Sacrae Scripturæ variae sunt poenæ pro varietate multiplicis abusus. Potest enim abusus committi in usurpatione verborum Sacrae Scripturæ ad ostendendum acumen ingenii in re lubrica, aut scurilli, aut proximi contumeliosa. Vel ad irridendam simplicitatem phrasis Sacrae Scripturæ, aut mysterium aliquod Fidei, aut Ecclesiæ institutionem. Vel ad docendum ex verbis Scripturæ perverse detortis errorem manifestum in Fide, seu moribus. Vel tandem ad producendos malos effectus per sortilegia, incantationes, &c. Hinc juxta majorem, vel minorem gravitatem abusus attentis circumstantiis loci, & temporis, personæ, consuetudinis scandalosæ & mali effectus, majori, vel minori gravitate poenarum est puniendus, ut sic poena criminis commiseretur, *cap. Sane 11. de offic. delegat. cap. Sicut dignum 6. de homicid. Deuteronom. cap. 25. n. 3. & Apocalyps. cap. 18. n. 7. Vide art. antec. n. 45.* cum hac semper advertentia, quod si abusus Sacrae Scripturæ sit ad inducendam, vel defendendam hæresim, debet puniri poena Hæreticorum.

*Adulterii poena. Vide verb. Adulterium art. 2. per 50 tot. & art. 3. 4. & 5.*

Alchimistarum poena, ut vult Amenus *loc. cit. 51 tit. 6. n. 10.* est de jure Cæsareo, quod si Reus sit ingenuus, deportetur, & omnia ipsius bona publicentur; Si autem servus, ultimo supplicio afficiatur, & allegat lib. 1. §. final. *ad Leg. Cornel. de fals.* Et si aurum adulteratum signetur in monetam, delinquens declaratur Reus læsæ Majestatis, & igne comburendus decernitur, l. si quis nummos 2. *Cod. de fals. moneta.* Concludit tamen, quod circa hoc crimen diversificantur poenæ juxta statuta municipalia, seu consuetudines Regionum. Quæ autem sit eorum poena de jure Canonico? Vid. *verb. Alchimia n. 2. & seq.*

*Alienationis bonorum eccles. poena; Vid. verb. 52 Alienatio art. 6. per tot. & verb. Libri à num. 15. ad 23.*

Ambitus poena, cum à laicis committitur vi, aut 53 pecunia pro obtainendis publicis officiis, ac dignitatibus secularibus, est, ut convictus de hoc crimine uti vis publicæ Reus, in Insulam deportetur; l. Nullus omnino, *Cod. ad Leg. Jul. de Ambitu,* & ut puniatur in quadruplum ejus, quod dedit pro assumendo Magistratu, vel pro illo dando accepit; l. Sancimus 6. *Cod. Ad Leg. Jul. Repetundar.* & ut sit infamis; l. Hæc Lex 1. ff. *de Leg. Jul. Ambitus. Ursaya Instit. crim. lib. 2. tit. 2. à n. 78. ad 82.* Si autem Clericus circa officia, & dignitates eccles. reus sit hujus criminis, puniri debet poena Simoniacorum, quæ infra assignabitur *sub n. 197.*

Annonæ fraudatæ poena est, quod qui aliquid facit, quo annona carius vendatur, vel impedit, quominus annona in civitatem deferatur, mulcta 20. aureorum puniatur; l. *Lege Julia 2. ff. Ad Leg. Jul. de Annona.* Item poena 20 aureorum puniuntur, qui monopolium faciunt, ut annona carior evadat; l. Jubemus 1. *Cod. de monopolis.* Item poena criminis stellionatus puniuntur, qui publice emunt annonam pluris, quam valeat, ut ceteri ad emendam eodem pretio incitentur, & sic rerum pretium, augeatur; *leg. Stellionatus 3. ff. de crimine stellionatus.* Item poena extraordinaria puniuntur, qui totam annonam emunt,

emunt, quam reperiunt in Provinciis, ut soli possint eo pretio, quo volunt, eam deinde vendere; & si sint negotiatores, ac mercatores, interdicitur eis negotiatio, & interdum relegantur, si sint nobiliores; si autem humilioris status personæ, damnantur in opus publicum, l. Annonam 6. ff. de extraordinariis criminibus, Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 4. num. 36.

55 Apostasia, seu Apostatarum poena. Vide verb. Apostasia, Apostata per tot.

56 Appellationis malæ poena, si sit appellantium à Papa ad futurum Concilium, est excommunicatio Papæ reservata ipso facto incurrenda, quæ incurritur non solum ab appellantibus principaliter, sed etiam à dantibus circa hoc consilium, auxilium, seu favorem. Si sit trahentium causam ecclesiasticam ad forum laicum, appellando scilicet à sententia lata, aut obtinendo à Judicibus Laicis prohibitiones, aut mandata contra Judices ecclesiasticos Ordinarios, aut Delegatos, aut impediendo executionem decretorum Romanæ Sedis, aut quorumcumque ipsorum Judicium, est pariter excommunicatio Papæ reservata ipso facto incurrenda, quam incurrint non tantum principales, sed etiam dantes consilium, patrocinium, & favorem.

58 Si sit Regularium temere appellantium ad tribunal seculare, ultra dictam excommunicationem latam contra trahentes causas ecclesiasticas ad tribunalia laica, Regulares sic appellantes incurrint particulares excommunications Pontificum, qui fere omnibus Ordinibus specialibus sub simili censura vetuerunt hujusmodi appellations, ut videre est in compendio privilegiorum Mendicantium, & non Mendicantium, & proprio cujusque Ordin. Et nobis Minoribus de Observantia specialiter id prohibuit inter alios Gregor. XIII. constit. incip. Quoniam nostro sub poena excommunicationis Papæ reservata ipso facto incurrenda, privationis vocis activæ, & passivæ, omnium officiorum Ordinis, & perpetuæ inhabilitatis ad illa: quas poenas incurrint etiam omnes, quomodocumque directe, vel indirecte per consilium, auxilium, aut favorem ad talem appellationem concurrentes.

59 Et dictas Gregorii poenas incurrint etiam appellantes ad tribunal Episcopi, cum constitutio, seu Breve Gregorii loquatur, de tribunalibus secularibus, quale est tribunal Episcoporum, quod non est Regulare, sed seculare, cum Clerus alias sit secularis, & alias Regularis. Sanctor. de pœnis cap. 18. quæst. 3. ver. Respondeo 3. Amenus loc. cit. tit. 2. § 3. n. 35. qui n. 36. subdit, quod appellantes ad tribunal Episcopi licet incurrant poenas latas à Pontificibus contra appellantes ad tribunalia secularia, non tamen incurrint poenas trahentium causas ecclesiasticas ad tribunalia laica, cum tribunal Episcopi, licet sit seculare, tamen non sit laicum. (Vid. verb. Appellatio).

60 Arma prohibita deferentium poena quoad Laicos dependet dispositione statutorum, ac edictorum Principum; quæ edicta, seu statuta aliquando mulctas pecuniarias, aliquando poenas corporales etiam ultimi supplicii cum bonorum confiscatione pro diversitate bonorum indicunt. Universaliter autem prima poena est amissio eorumdem armorum, quamvis de hac poena nihil loquantur statuta, & edicta, ut cum aliis notat Ripa de nocturno temp. cap. 8. n. 63. & 69. Amenus loc. cit. tit. 7. §. 1. n. 17. qui ante n. 7. dicit, quod in statu ecclesiastico deferentes, seu etiam domi retinentes archibusillos breviores duobus palmis, vulgo Mazzagatti furcis suspensi sanciuntur, vocanturque Rei criminis læsæ Majestatis, & Rebellionis à Pio IV. constit. 49. incip. Cum vices ejus :: & hanc Pii IV. constitutionem confirmavit, & ampliavit ad arma breviora tribus palmis, ut pugiones, stylos & cultellos, exceptis cultellis ad frangendum panem, S. Pius V. constit. 45. incip. Cum vices :: Quas autem poenas incurrant Clerici, & Regulares deferent.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM.VII.

tes, & retinentes arma, & an quoad hæc subjaceant bannimentis Laicalibus, possintque à Curia seculari ipsis spoliari? Vide verb. Arma & Bannitus.

Assassinii poena. Vide verb. Assassinum, Assassinius per tot.

Astrologiam judiciariam profitentium poena. Vide 63 verb. Astrologia, Astrologus, & verb. Supersticio à n. 40.

Bestialitatem committentium poena. Vide verb. Luxuria n. 69.

Blasphemias loquentium poena. Vide verb. Blasphemia art. 2. per tot.

Calumniatorum poena est, quod in primis teneatur calumniator Reo refundere expensas litis, & resarcire omne damnum eidem secutum. Farin. in prax. crim. quæst. 16. à num. 10. Clarus quæst. 61. n. 4. Reiffenstuel lib. 5. Decretal. tit. 2. n. 6. & communis aliorum; arg. l. Eum quem 79. ff. de judiciis, l. Præparandum 13. Cod. eod. cap. finem 5. de dolo, cum similibus. Item Calumniator evadit infamis infamia juris; cap. Si quis 1. caus. 2. q. 3. l. Prætoris verba 1. & l. Athletas 4. §. 4. ff. de his, qui notantur infamia, l. Nostri 8. Cod. de Calumniatorib. cum similibus. Unde incurrit etiam Irregularitatem, ita ut neque Ordines suscipere, neque susceptos exercere valeat, cap. Qui aliquo crimine 5. dist. 51. cap. Infames 17. caus. 6. quæst. 1. ac fit inhabilis ad beneficia, & dignitates ecclesiasticas, arg. c. Inter 11. de excessibus Prælat. cum similibus. Item incurrit poenam talionis, cap. Calumniator 2. & cap. Qui non probaverit 3. caus. 2. q. 3. l. Quisquis 10. Cod. de Calumniatorib. Vide supra n. 24. Item Clericus alium Clericum calumniose accusans beneficio, & officio suo privari, & verberibus castigatus in exilium mitti potest; cap. Cum fortius 1. de calumniatoribus, cum similibus. Vide supra n. 26.

Collusionis, seu prævaricationis poena, quamvis sit arbitraria, seu extraordinaria pro diversitate circumstantiarum imponenda l. Sciendum 2. ff. de prævaricatione, ibi: Sciendum est, quod hodie iis, qui prævaricati sunt, poena injungitur extraordinaria, juncta l. Accusatorum 1. §. 7. ac l. Et privatis 3 ff. Ad Senatus consultum Turpilianum; tamen Prævaricator etiam poenam infamie in specie incurrit; l. Si is 4. ff. de prævaricatione. Si autem collusio fiat super beneficio ecclesiastico (uti casus habetur in cap. Audivimus 3. de collusione detegenda) uterque colludentium privari debet ipso beneficio, tum ne fraus, & dolus alicui patrocinetur, cit. cap. Audivimus, cum similibus; tum ne delicta maneant impunita contra l. Ita vulneratus ff. At Leg. Aquil. cap. Ut famæ 35. de sentent. excommunic. ibi: Cum publicæ communis intersit, ne criminis maneant impunita.

Et hic adverte, quod " Collusio est inter Actorum, & Reum latens, fraudulenta conventio, qua „ interveniente, aliquando delicta manent impunita, „ vel etiam committuntur, " ut explicat Glossa in cit. cap. Audivimus verb. Collusione:: Unde Actor, seu Accusator in Judicio dicitur colludere cum Reo convento, seu accusato, si ejus parte adjuvet celando, vel dissimulando veras probationes, & falsas defensiones, seu exceptiones admittendo, vel ab accusatione omnino desistendo, ut Reus absolvatur, & poenam ipsi infligendam evitet, ac judicium publicum reddatur illusorium, arg. cap. Scrita 1. cap. Audivimus 3. & cap. In tantum 1. de Collusione detegenda. Hæc autem collusio à Civilistis vocatur Prævaricatio, quæ est verorum criminum palliatione: Prævaricari enim est vera crima abscondere, & palliare, ad hoc ut veritas non appareat, l. Accusatorem 1. §. Calumniari, Ad S. C. Turpilianum. Ille enim prævaricator dicitur, qui aliquem de vero crimen accusat, sed veras probationes omittit, & ficticias solum adducit, ut ex eis nihil contra accusatum concludi possit; l. Prævaricator 1. ibique Glossa,

V



73 ff. de *Prævaricatione*. Item collusio à Civilistis vocatur *Tergiversatio*, quæ nihil aliud est, quam accusationis desertio, dum nempe accusator ab accusatione jam cœpta omnino desistit. Tergiversari enim in universum ab accusatione desistere est; l. Accusatorum 1. ff. *Ad S. C. Turpillianum*; Vide numer. 208.

74 Concubinatus poena, quamvis olim de jure civili nulla ordinaria, & determinata fuerit expresse statuta, l. In Concubinatu 3. §. 1. ff. de *Concubinis*, & l. unic. *Cod. de Concubinis*; tamen hisce temporibus etiam in foro seculari punitur, & quidem gravius, quam simplex fornicatio, licet poena extraordinaria, & arbitraria Judicis; *Clarus in praxi* §. Fornicatio sub n. 6. *Decian. lib. 6. cap. 21. n. 38. Panimoll. dec. 19. num. 28. Reiffenstuel lib. 5. Decretal. tit. 16. num. 62. Engel. ibid. n. 22.* & alii passim. De jure autem canonico concubinatus semper fuit prohibitus, & specialibus poenis punitus, tam respectu laicorum, quam Clericorum, ut patet ex Concilio Toletan. 1. cap. 17. Concil. *Aurelanien. III. cap. 9. Concil. Turonen. IV. cap. 10. Concil. Triburiens. I. cap. 49. Concil. Roman. sub Nicolao II. cap. 13. Concil. *Mediolanen. II. tit. 1. Decret. 29. Concil. Lateranen. V. sess. 9. in Bulla Reform. Curiæ*, & ex cap. Audite 6. dist. 33. cap. Concubinæ 5. caus. 32. quæst. 2. cap. Nemo 4. cap. Dicat 9. caus. 32. q. 4. c. Cum dilectus 20. de accusationibus, cap. Si Concubinæ 55. de sent. Excom. cum similibus, & specialiter Concil. Trident. sess. 24. de reform. Matrim. c. 8. ubi contra concubinarios Laicos sic præcise statuitur: "Grave peccatum est homines solutos concubinas habere; gravissimum vero, & in hujus magni Sacramenti singulari contemtum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas, quandoque domi etiam cum uxoribus alere, & retinere. Quare ut huic tanto malo S. Synodus opportunis remedii provideat, statuit, hujusmodi concubinarios, tam solutos, quam uxoratos cujuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab eorum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absolvantur, donec nec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum censuris neglectis permanenterint, contra eos per Ordinarios severe pro qualitate criminis procedatur: mulieres sive concubinæ sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinario locorum nullo etiam requirent ex officio graviter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim, si id eiusdem Ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit brachio seculari, ejiciantur, aliis poenis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.*

76 Ad hoc, ut Ordinarius possit ferre sententiam excommunicationis contra concubinarios, præcedere debent tres monitiones distinctæ, & separatæ, ex quibus eorum vera contumacia eliciatur non resipisciendi à peccato; Si autem Episcopus velit eos punire poenis pecuniariis, aut aliis à jure communi, vel à Synodo statutis, non requiritur talis trina prævia monitio, sed probato concludenter crimine, potest poenam infligere, ut declaravit *Sacr. Congr. Concil.* cuius declarationem refert Gabriel Pereira de *manu Regia part. 2. cap. 34. n. 12. in fine, vers. Quare relat. à Barbosa in Concil. Trident. cit. sess. 24. cap. 8. n. 4. his verbis:* "Ad quartum respondeatur, trinam monitionem tunc tantum esse necessariam, cum ad excommunicationem contra concubinarios proceditur; quod si aliis poenis à jure communi, vel à Synodo statutis Episcopus afficeret

„, velit hujusmodi delinquentes, utique trinam monitionem minime requiri." Episcopus potest punire concubinarios, non solum poena pecuniaria, sed etiam poenis corporalibus, nempe carceris, fustigationis, & hujusmodi; maxime si sint personæ viles, & infimæ plebis, cum ratione concubinatus reddantur infames, & ut tales repellantur ab accusando, & testificando, arg. cap. Cum dilectus 20. de accusationibus, juncta Glossa ibid. verb. concubinarius: : Amenus loc. cit. tit. 4. §. 3. n. 17. Concubinatus crimen est mixti fori, ut tenet Barbosa in Concil. sess. 24. de reform. Matrim. cap. 8. n. 5. cum pluribus ibi citatis, Amenus loc. cit. n. 14. cum multis ibi allegatis, & alii plures. Unde secularis concubinarius punitus de hoc criminè à Judge laico, potest iterum puniri ab ecclesiastico, & sic viceversa, quia Judge laicus procedit ad solam punitionem hujus delicti, ne crimina maneant impunita; ecclesiasticus autem procedit ad correctionem morum pro salute animæ. Hinc cum diversi sint fines Judicum in ferenda poena, unus post alium potest procedere, & punire, ut tradunt Pereira loc. cit. n. 22. Amenus loc. cit. n. 14. Barbosa loc. cit. num. 6. & alii. Concubinarius, si moriatur in concubinatu, nullo dato signo poenitentiae, carere debet ecclesiastica sepultura; & si sine poenitentiae signo in loco sacro fuerit sepultus, debet exhumari, & in loco profano sepeliri: cap. *Sacris 12. de sepulturis, Clementin. I. de sepultur.* Amenus loc. cit. n. 18. cum pluribus ibi allegatis, Farinac. loc. cit. quæst. 138. n. 68. & seq. Panimol. decis. 59. à n. 11. Ursaya loc. cit. lib. 3. tit. 5. n. 220. & alii (Vid. verb. Forum vers. De Concubinariis: :)

Clericorum Concubiniorum poenæ sunt, quod ab ipsis nullus Missam audire, aut Sacraenta recipere debeat, excepto Baptismo, Poenitentia, & Sacro Viatico, cap. Nullus, cap. Præter, dist. 32. Item, quod si moniti non resipicant, sint ab Officio, & Beneficio suspensi; cap. Sicut 4. de coabitat. Clericor. & mulier. cap. Quæsumit, cap. Vesta, tit. cod. c. A multis 9. de ætate & qualitat. præficiend. cap. Decernimus c. De his cap. Presbyter. distinct. 28. cap. Erubescant distinct. 32. cum similibus, Concil. Trident. sess. 24. cap. 14. de reform. & quod Clerici concubinarii notorie, & publice tales sint ipso jure suspensi ab officio & beneficio, ita quod si celebrent, incurvant Irregularitatem, decisum referunt Belletus disquis. Cleric. part. 1. tit. de disciplin. Cleric. §. 5. n. 45. Nicol. Garcias de benefic. part. 7. cap. 14. n. 11. & 15. Barbosa in Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 14. n. 17. & alii, arg. cap. Is cui 20. de sent. excomm. in 6. Item, si adhuc contumaciter in concubinatu persistent, sunt excommunicandi, cap. Si quispiam 2. cap. Clericos 3. de cohabit. Clericor. & mulier. Concilium Trident. ses. 25. de reformat. cap. 14. vers. Sed si postquam: : Et si adhuc non se corrigant, perpetuo deponuntur, textu expresso in cap. Sicut 4. & cap. Si autem 6. de cohabit. Clericor. & mulier. Item efficiuntur infames, & inhabiles ad beneficia, & dignitates obtinendas, c. Infames, 6. q. 1. Concil. Lateranense V. sess. 9. Bulla de reform. Curiæ cap. 3. Leo X. constit. incip. Supernæ: : Clerici concubinarii, non habentes beneficia debent ab Episcopo puniri poena carceris, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia, aliisque modis juxta sacros canones. Sic expresse Concil. Trid. cit. cap. 14. vers. Clerici vero. Et tandem omnes Clerici concubinarii, si moriantur in concubinatu sine signo poenitentiae, carere debent sepultura ecclesiastica, & si sine poenitentiae signo in loco sacro fuerint sepulti, debent exhumari, & in loco profano sepeliri, cap. *Sacris 12. de sepultur. Clement. I. de sepultur.* Vide supra n. 80. (Vid. verb. Sepultura).

82 Concussionis poena de jure communī, est extraordinaria & pro modo, & qualitate delicti infligenda. Glossa in l. Si simulato i. verb. Coercet: ubi Bartolus, & Salicet. ff. de concussione, Raynald. lib. 2. observat. criminal. c. 14. n. 92. cum pluribus ibi civitatis, ubi ex aliis refert, concussores aliquando fuisse flagellatos, seu fustigatos, aliquando ad triremes transmissos, aliquando in exilium extra Provinciam, aliquando ad privationem officii. Ursaya l. 2. tit. 2. à n. 104. ubi dicit, Concussores posse puniri civiliter, & criminaliter. Civiliter mediante pecuniae restitutione cum concussione extortæ, per text. in l. Si simulato i. ff. de concussione, & Gloss. ibid. verb. Ablatum. Criminaliter vero poena extraordinaria.

83 Hic autem adverte, quod concussio nihil aliud est, quam extorsio pecuniarum facta per vim, vel menatum, & dicitur quasi intimatio, quia terror, & timor incutitur ad extorquendum ab aliquo pecuniā, l. Si simulato i. & l. Concussion. 2. ff. de Concussione. Raynald. loc. c. n. 88. cum aliis ibi allegatis, diciturque Concussio quasi timoris incussio, Ursaya loc. cit. n. 73. Brugiot. Instit. crimin. lib. 12. tit. 19. n. 30. & seq. Et quamvis concussio soleat committi à persona habente officium, ut quando Officialis, seu Judex indebitē aliquem vexando pecuniā ab eo invito, extorquet, l. Quod evitandi 3. Cod. de condition ob turpem caus. veluti si Judex minetur honestæ mulieri processum de crimine adulterii, nisi ei pecuniā det juxta exemplum Jodoch. in prax. crim. cap. 129. de Concus. n. 5. Tamen potest committi à quavis alia persona, ut innuit, Glossa in l. Si simulato i. verb. Oblatum, ubi Bartol. ff. de Concussione & Farinac. q. 111. n. 46. Raynal. loc. cit. n. 98. veluti si non Judex, sed quisvis alter privatus alicui minetur se illum accusaturum de crimine aliquo non commisso, nisi sibi pecuniā det; & ideo ab ipso pecuniā extorqueat; l. Si simulato i. & l. Concussionis 2. ff. de Concussione. Decian. lib. 8. cap. 35. n. 14. Ursaya loc. c. num. 76.

84 85 Adverte hic etiam, quod quamvis hæc tria, scilicet *Concutere*, *Compellere*, & *Superchiare*, videantur esse synonima, ac unum, & idem significare, tamen ponderata vi, & natura cuiuslibet horum, intercedit inter ipsa aliqua differentia. Nam *concutere* dicitur is, qui metum infert, & eo illato alium invitum inducit ad faciendum quod non vult. Amad. de Syndic. n. 165. Raynald. l. 1. observ. ad cap. 12. §. 2. ad 4. n. 22. Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 5. n. 242. Farinac. q. 211. n. 42. & 45. ubi explicat verb. *Concutere*, hoc est *intimorare*, quod significat actum intrinsecum animum perstringentem, juxta text. in l. Seculari §. Sunt quædam, ff. de extraord. criminibus. *Compellere* autem dicitur is, qui per vim aliquem repugnantem inducit ad aliquid faciendum, argumento eorum, quæ dicit Farinac. q. 109. n. 76. Raynald. loc. cit. n. 21. & *Compellere* significat actum extrinsecus personam attingentem, arg. l. In eadem Lege, verb. *dejecerit*, ff. A Leg. Jul. de vi pub. *Superchiare* dicitur is, qui recurrit ad favorem Potentis, vel alijcujus factionarii ad hoc, ut ope, & auxilio ejusdem inducat aliquem ad contrahendum, vel distrahendum, seu *Superchiare* dicitur is, qui ad perterrefacendum adversarium ad hoc, ut desistat à lite, vel aliud faciat, superimponit domui inscriptionem alicujus Potentis, vel in actis asserit, domum, seu fundum esse alicujus Potentis; l. Unic. de iis, qui Potentiorum nomine titulos praediis affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt; & *Superchiare* significat utrumque actum, scilicet intrinsecus, & extrinsecus personam attingentem, nam & incutit timorem intrinsecus, & inducit compulsionem extrinsecus. Raynal. l. c. n. 25. 28. & 30. Ursaya loc. cit. n. 241. & alii.

Consortii suspecti poenæ in Clericis, ex decreto 86 Conc. Trid. sess. 15. de reform. c. 14. prohibente Clericis non solum concubinatum, sed etiam consortium suspectum ibi: "Prohibet Sancta Synodus,, quibuscumque Clericis, ne concubinas, aut mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra retinere, aut cum aliis consuetudinem,, habere audeant," sunt sequentes, nempe quod si moniti à Superioribus non desistant à tali suspecto consortio, pro prima vice priventur tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipso facto, si secundæ monitioni non paruerint, Fructus Beneficiorum ex integro amittant; & si post tertiam monitionem adhuc perseverent, priventur Beneficiis; & si postquam eas dimiserint, semel intermissum consortium repetere, aut alias scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter predictas pœnas, excommunicentur; sic expresse Concil. Trid. loc. cit.

Quoad pœnas Clericis beneficia, & pensiones non 87 habentibus, & hujus criminis Rei debitas, sic statuit Concilium loc. cit. ibi: "Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes juxta delicti, & contumacia perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisque modis juxta Sacros Canones puniantur.

Pœna lata pro frequentantibus monasteria Mo- 88 nialium, sive Reis quodammodo suspecti consortii, si sint Clerici, est depositio; si autem Laici, est excommunicatio, si non obstante canonica monitione non desistant, textu expresso in cap. Monasteria 8. de vita & honestat. Clericorum. Si vero sint Regulares, variis aliis subjiciuntur pœnis. Vid. verb. Moniales art. 4. à n. 12. usque in finem.

Conspirantium pœnae, si conspiratio facta sit in 89 Principem supremum, sunt ipsæmet statutæ pro Reis læsæ Majestatis, quæ adducentur infra n. 148. Si 90 conspiratio facta sit contra Episcopum, aut Clericum à Clericis, seu Monachis, debent deponi: si à Laicis, debent excommunicari, & omnes declarari infames; ac pœna carceris puniri, cap. Conjurationum 20. cap. Conspirationum 21. cap. Si qui Clerici 22. cap. Si Clerici 23. c. Si qui Clericorum 24. caus. 11. q. 1. Si conspiratio facta sit à 91 Laicis contra privatam personam, est pœna arbitria, l. Hodie 13. ff. de pœnis, Amenus loc. cit. tit. 2. §. 4. n. 8. Si conspiratio facta sit à Regularibus contra Superiorem, vel aliquem particularem Religiosum, attendi debent pœnae statutæ à suis specialibus respective Constitutionibus.

Dilapidationis pœna, si dilapidatio facta sit à Lai- 93 co habente administrationem communis pecuniae, & bonorum alicujus communitatis, collegii, societatis, & hujusmodi, & contra istos tamquam dolo malo delinquentes in dilapidatione procedatur, talis damnandus est ad compensationem damni; & pro qualitate culpæ puniendus pœna peculatus. Amenus l. cit. tit. 3. §. 7. n. 20. & 21. Vide verb. Peculatus per tot. Si dilapidatio facta sit à Prælato seculari absque 94 dolo, sed sola incuria, imprudentia, aut inhabilitate ipsius, dandus est ei Coadjutor, sine quo nihil agere possit, & prohibenda est utrique omnis alienatio, cap. Venerabili 37. de Offic. deleg. & ibi Abbas n. 6. & 11. ac alii passim. Si autem facta sit ex dolo, debet deponi, cap. Apostolicas 13. & cap. Mone- 95 mus 58. caus. 12. q. 2. Et idem dicendum est de quolibet Clerico beneficiato bona beneficii sui dilapidante; Bernardus Diaz pract. crim. canon. c. 71. Amenus l. c. num. 22. Et si dilapidatio facta sit à Clerico Officiali amovibili, ut Syndico aut Procuratore Capituli, si probetur Reus dolosus, punien- 96 dus est pœna Peculatus arbitrio Judicis. Amenus loc. cit.

- 96 cit. num. 22. Vide verb. Peculatus per tot. Regulares tandem dilapidatores bonorum Conventus, & Religionis puniendi sunt juxta proprii Ordinis statuta, & constitutiones.
- 97 Duellantum poenæ Vide verb. Duellum, art. 2. per tot.
- 98 Expilatæ hæreditatis poena est arbitraria juxta facti, & personarum qualitatem, l. 1. & 3. ff. *Expilatæ hæreditatis*: Card. de Luca in *Summ. de hæredit. n. 13.* Ursaya *Instit. crimin. lib. 2. tit. 10.*
- 99 n. 54. cum aliis ibi citatis. Pro intelligentia autem criminis expilatæ hæreditatis advertendum est, quod hærede non adeunte hæreditatem, hæreditas dicitur jacens, & nullum dominum habere dicitur; l. 1. §. Scævola ff. *Si quis testam. lib. esse*, & consequenter si aliqua res hæreditaria sublata fuerit, non est proprie furtum, sed ab ipso actu expilationis, & diminutionis, hæreditatis crimen expilatæ hæreditatis appellatur, & eas res auferens, non fur, sed expilator hæreditatis dicitur; l. Si expilatæ hæreditatis 2. ff. *Expilatæ hæreditatis*, Ursaya l. cit. n. 54. Brugiot. *Instit. crimin. lib. 3. tit. 8. n. 2.* ubi quod expilator hæreditatis dicitur improbior fure.
- 100 Falsariorum poenæ. Vide verb. Falsarius.
- 101 Falsificantum monetas poenæ. Vide verb. Moneta.
- 102 Fornicationis poena quamvis olim de Jure civili nulla fuerit constituta, l. Si uxor. 13. §. 2. ff. *Ad l. Jul. de adulter. & l. Quæ adulterium 29. Cod. eod.* Tamen hodie laici fornicatores, nedum in foro ecclesiastico, & de jure canonico, sed etiam in foro civili pro diversitate personarum, & circumstantiarum puniri solent poena arbitraria. Reiffenstuel lib. 5. *Decret. tit. 16. n. 55.* Ursaya l. cit. lib. 3. tit. 5. n. 221. Panimol. *decis. 38. n. 13.* & alii apud Farnac. q. 137. n. 36. Clericorum fornicantium poenæ ex antiquis canonibus variæ erant, ut patet ex *Canone 24. Apostolorum, c. Presbyter & Diaconus dist. 81. cap. Si quis Episcopus ead. dist. 81. c. Presbyter 51. dist. 82. cap. Attendum 57. q. 4. Cap. Sicut 4. Cap. Si autem 6. de cohabit. Cler. & mulier. Cap. Clericorum 13. de vita & honest. Clericorum.* Ast hodie ex communi praxi poena Clericorum fornicantium est arbitraria, & ad pecuniariam reduci solet, & juxta qualitates personarum, & circumstantias delicti, quandoque extenditur ad carcerationem, & potest extendi etiam ad suspensionem, & privationem beneficii, si Fornicatio fuerit notoria, & scandalosa. Abbas in Cap. At si Clerici n. 35. *de Judic. Farin. q. 137. n. 17. & 24. Fagnan. in Cap.* Non debet, n. 8. *de consanguin. & affin.* Panimol. *dec. 38. n. 6. Reiffenst. lib. 3. decret. tit. 2. à n. 49. & lib. 5. tit. 16. n. 58. & seq.* Amenus l. c. tit. 4. §. 3. n. 13. ubi observat, quod poena ab antiquis canonibus statuta jam abierit in desuetudinem.
- 104 Furti poena pecuniaria est, ut, si sit furti manifesti, præter rem farto ablatam solvatur quadruplum; & si sit furti non manifesti, solvatur duplum, textu expresso in §. Poenam 5. Inst. *de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur*, ibi: *Pœna manifesti furti quadrupli est ... non manifesti, dupli.* Et concordat §. Furti actio 19. *Instit. eod. & §. Ex maleficiis 18. Inst. de actionibus.* Poenæ autem criminales furti præter solutionem quadrupli, vel dupli, sunt, quod in primis Furti condemnatus sit infamis, l. Athletas 4. §. fin. ff. *de his, qui infamia, notantur.* Deinde si criminaliter agitur contra fures, vi juris antiqui puniuntur poena arbitraria, vel pecuniæ Fisco applicandæ, vel fustigationis, vel carceris, vel exilii, & hujusmodi pro diversitate criminum, personarum, & aliarum qualitatum, ac circumstantiarum, l. Meminisse 92. ff. *de furtis*; l. Fures 1. & l. Sed si 2. ff. *de furibus balnearis, l. De his 1. & l. Inter 2. ff. de effractoribus, & Expilatoribus.* Sed novo jure, Cod. *de servis fugitiv.*
- 105 Ex maleficiis 18. Inst. de actionibus. Poenæ autem criminales furti præter solutionem quadrupli, vel dupli, sunt, quod in primis Furti condemnatus sit infamis, l. Athletas 4. §. fin. ff. *de his, qui infamia, notantur.* Deinde si criminaliter agitur contra fures, vi juris antiqui puniuntur poena arbitraria, vel pecuniæ Fisco applicandæ, vel fustigationis, vel carceris, vel exilii, & hujusmodi pro diversitate criminum, personarum, & aliarum qualitatum, ac circumstantiarum, l. Meminisse 92. ff. *de furtis*; l. Fures 1. & l. Sed si 2. ff. *de furibus balnearis, l. De his 1. & l. Inter 2. ff. de effractoribus, & Expilatoribus.* Sed novo jure, Cod. *de servis fugitiv.*
- 106 Novella Ut nulli Judicum 134. cap. 13. vers. Pro furto: Ita tamen quod pro simplici furto vetitum fuerit aliquem puniri poena mortis, aut mutilationis, textu expresso in cit. Authent. Sed novo jure, & cit. Novella Ut nulli Judicum.

Jure autem novo Cæsareo Friderici I. & Caroli V. pro furtis poenæ graviores etiam mutilationis, & mortis sunt statutæ; Dictus enim Fridericus I. lib. 2. Feudor. tit. 27. §. 8. sic expresse statuit: *Si quis, quinque solidos valens, aut plus fuerit furatus, laqueo suspendatur: Si minus, scopis, & forcipe excorietur, & tondeatur.* Et Carolus V. in constitutione crim. de pœnis Furti ubique recepta, teste Reiffenstuel lib. 5. decret. tit. 18. n. 37. sic statuit, nempe quod furtum primum, seu prima vice commissum, si sit parvum, idest quinque solidos non attingens & simplex, idest, tale, quod in solo furtandi actu sine concurrentia, alterius delicti consistat, & non sit manifestum, puniatur poena dupli, si fur est solvendo; si non, poena carceris, ac debit rem ablatam restituere; art. 157. Si vero hujusmodi primum simplex, & parvum furtum sit manifestum, & fur honestæ conditionis existat, speque emendationis appareat, punitur poena quadruplici, si est solvendo; si minus, poena carceris corporalis. Si autem fur vilis conditionis sit, ad numellas virgis damnatur, & relegatur, ita tamen quod uterque prius restituat rem ablatam, vel æstimationem ejus; art. 158. Si tamen furtum primum simplex, & magnum sit, idest quinque solidos adæquans, vel excedens, arbitrio Judicis puniendus relinquitur; art. 160.

Furtum secundum, seu secunda vice commissum, si utriusque valor quinque solidos non adæquat, hanc poenam secum trahit, videlicet positionem pro numelis, relegationem, & confinacionem; Si vero quinque dictos solidos excedat, poena Judicis arbitrio imponitur; art. 161.

Furtum tertium, seu tertia vice commissum, etiam simplex nulla attenta quantitate, & valore rei ablatæ, poenam capitalem habet, ita ut mas laqueo, femina autem suffocatione aquæ, vel alia simili mortis poena, gladii, v. g. perimatur; art. 162.

Furtum violentum vero, idest quod cum ædium effractione, vel cum telo, & armis fit, quod etiam furtum periculose vocatur, poena capitali, vel si circumstantiae aliud suadeant, non capitali punitur; art. 159. Sic Reif. literaliter l. citat. num. 37. ad 41.

Ex dicta constitutione Carolina sub n. 108. relata patet, quod furti etiam parvi tertia vice commissi poena est mors; quod tenent Clarus §. *Furtum n. 14. Bajard. ad Clar. in §. Furtum n. 28. 29. & 88. Reiffen. l. c. n. 40. Mascard. de probation. lib. 2. Concl. 838. n. 6. Menoch. de arbit. Judic. l. 2. caus. 295. n. 17. Gram. vot. 9. n. 25. & vot. 17. n. 25. Jodoch. in practic. crim. c. 110. rubr. de furt. n. 35. Pirhing. l. 5. decret. tit. 8. n. 22. & seq. Amenus l. c. tit. 3. §. 8. à n. 18. ad 20. & alii plures teneentes, quod tria furtæ etiam parva poenam mortis importent; dummodo sint non solum re, sed etiam loco, tempore, & intentione distincta.*

Et ex citata constitutione Friderici I. allata sub n. 108. colligitur, quod poena mortis possit infligi etiam propter unicum simplex furtum magnum, quod & innuere videtur etiam constitutio Caroli V. allata supra n. 108. in fine, ubi dum pro uno simplici furto magno relinquit poenam arbitrio Judicis, videtur statuere, quod si furtum tam magnum sit, ut arbitrio Judicis poenam mortis mereatur, eam imponere possit, & sic tenent Baldus in Authent. Sed novo jure n. 5. Cod. de servis fugitiv. Covarrub. lib. 2. variar. resol. cap. 5. n. 7. Menochius de arbitr. Judic. cas. 295. n. 9. Reiffenstuel l. c. n. 43. Amenus l. c. tit. 3. §. 6. à n. 23. Caballus reso-

lut. crim. centur. 5. cas. 18. num. 6. cum pluribus aliis ibi citatis contra varios alios.

114 Si furtum sit sacrilegium, variis punitur poenis pro varietate rerum personarum, circumstantiarum, modi, temporis, ætatis, & sexus, textu expresso in l.

115 Sacrilegii 6. ff. Ad Leg. Jul. Peculatus. Hinc furtum Sacrae Hostiae, vel unius, vel plurium Particularum consecratarum cum Sacra Pyxide, vel sine illa, punitur poena mortis, ut tradunt communiter Doctores, & statuit Carolus V. const. Crimin. art. 172. decernens, quod hujusmodi fures vivi comburantur, & Innocentius XI. constit. incip. Ad nostri Apostolatus auditum :: decretivit, quod tales fures confessi, aut convicti etiam pro prima vice à curia ecclesiastica, seu Sancti Officii, cui hujus criminis spectat cognitio, tradantur curiæ seculari condignis poenis pro criminis atrocitate puniendi, non obstante minori ætate, dummodo 20. annum attingant. Vide supra n. 38.

116 Si fur vas aureum, vel argenteum cum, vel sine reliquiis, aut calicem, vel patenam abstulerit, vel ecclesiam, seu sacristiam, aut gazophylacium, seu cippum, vel capsam eleemosynarum animo furandi effregerit, aut dolosis instrumentis aperuerit, poena corporali, vel capitali exasperata, vel mitigata pro diversitate circumstantiarum est puniendus, ut statuit Carolus V. cit. sua Constit. Criminal. art. 172. & 173. & concordat l. Sacrilegii 9. & leg. Hac leg. 10. ff. Ad l. Jul. Peculatus, l. Si quis 10. Authent. de Episc. & Clericis.

117 De jure canonico furti sacrilegi poena, si sit factum cum fractura muri, portæ, aut sacræ ecclesiæ, aut hujusmodi, est excommunicatio latæ sententiæ, cap. Canonica 107. caus. 11. quæst. 3. cap. Omnes 5. caus. 17. quæst. 4. cap. Quisquis 21. ead. caus. & quæst. & cap. Conquesti 22. de sent. excommun. Quæ excommunication post denunciationem ab Episcopo factam à Papa solum potest absolviri, cap. Conquesti 22. de sent. excommun. juncto ejus Summario sic dicente: Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt, & per Papam tantum post denuntiationem absolvuntur. Amenus loc. cit. n. 34. Si autem furtum sacrilegum commissum sit sine ulla effractione, ejus poena est quidem excommunicatio, sed solum ferendæ sent. text. expresso in cap. Conquestus 16. de foro competent.

119 Clericus fur notorius, aut furti condemnatus est infamis, cap. Infames 17. caus. 9. quæst. 1. & consequenter etiam irregularis, adeo ut ad sacros Ordines promoveri, vel in jam susceptis ministrare non valeat. Abbas in cap. fin. de furtis n. 3. & 14. Navarr. in Manual. cap. 17. n. 204. Suarez de Censuris disp. 48. sect. 2. n. 2. Pirhing. lib. 5. Decret. tit. 18. n. 2. Reiffenstuel ibid. n. 50. & alii; cap. Qui

120 in aliquo 5. dist. 51. cum similibus. Immo præter poenam infamiae, & irregularitatis Clericus fur notorius ab officio, & Ordine clericali deponi debet, cap. Presbyter 12. dist. 81. & cap. Cum ab homine 10. de Judiciis. Etsi non resipiscat, debet excommunicari, & tandem si incorregibilis evadat, Curiæ Seculari tradi debet, textu expresso in cit. cap. Cum non ab homine 10. de Judiciis. Regulares autem fures puniendi sunt juxta proprii Ordinis statuta, ac constitutiones. (Circa præcedentia ex n. 104. videatur verb. Fur, Grassator, & verb. Sacrilegium, Zingari, &c. cum lit. A ex pag. 95.)

122 Hæretorum poenæ. Vide verb. Hæreticus.

123 Homicidii simplicis voluntarii injusti poena est mors tam de Lege divina, quam civili humana: Genesis enim cap. 9. n. 6. habetur: Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Levit. cap. 24. n. 17. Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. Matth. cap. 26. n. 52. Qui acceperint gladium (eoque percusserint) gladio peribunt. Apoc. cap. 13. n. 10. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi; & hæc poena mortis in ho-

micidas voluntarios injustos statuit pluribus Legibus in jure civili, & signanter §. Item Lex Cornelii 5. Inst. de publ. jud. l. Quoniam 6. Cod. de vi publica, l. unic. vers. Et merito, C. de raptu virg. constit. crim. Caroli V. art. 37. & 137.

Si autem homicidium voluntarium injustum non sit 124 simplex, sed qualificatum, poena mortis exasperatur pro diversitate atrocitatis, & malæ qualitatis admixtæ, ita ut gladius augeatur in furcam, rotam, truncationem membrorum, rogam, adustionem per ferrum candens &c. juxta cit. constit. crim. Caroli V.

Homicidium proditorum ultra exasperationem poenæ ordinariae privat etiam jure asyli. Vide verb. Immunitas art. 2. à n. 109. ad 116.

Homicidium Assassinum ultra exasperationem poenæ ordinariae, & excommunicationem ac depositiōnem ab officio, & beneficio ipso facto, & diffidationem perpetuam à toto populo christiano, juxta cap. I. de homicidio in 6. privat etiam jure asyli. Vide d. verb. Immunitas art. 2. à n. 117. ad 125.

Homicidium sacrilegum ratione personæ occisiæ præter exasperationem poenæ ordinariae inducit etiam excommunicationem majorem ipso facto, juxta cap. Si quis suadente 29. caus. 17. q. 4. Sacrilegium vero ratione loci sacri, in quo committitur, secum trahit etiam privationem asyli. Vide verb. Immunitas art. 2. à n. 102. ad 107.

Poena parricidii proprie talis de jure civili olim 128 erat, ut parricida virgis sanguineis verberatus in corio insueretur, & includeretur cum cane, gallo gallinaceo, viperæ, & simia, & in profundum maris, & vel si mare longe distet, in flumen, vel lacum projiceretur; §. Alia deinde 6. Instit. de publicis judic. l. Poena parricidii 9. ff. ad Leg. Pompejam, de Parricidiis, l. unic. Cod. de his, qui parentes, vel liberos occiderunt.

Verum hæc poena ob nimiam ejus crudelitatem recessit ab aula criminali, & in ejus locum imponitur poena ultimi supplicii pro diversitate circumstantiarum arbitrio Judicis, & consuetudine locorum, ac legum municipalium exasperanda, vel mitiganda, ut tradunt communiter criminalistæ, & signanter Ursaya l. 2. tit. 5. Instit. crim. n. 475. Julius Clarus verb. Parricidium n. 5.

Poena parricidii impropre talis de jure civili est 130 ordinarium homicidii supplicium; §. Alia deinde 6. Instit. de publ. judic. l. lege Pompeja 2. & l. Poena parricidii 9. ff. Ad leg. Pompejam, de parricid. cum hoc tamen quod juxta diversas circumstantias, & locorum consuetudines poena hæc exasperetur, vel mitigetur.

Parricidium autem proprie tale est homicidium, 131 quo proles parentem, avum, aut aviam, vel parentes prolem occidunt, l. unic. Cod. de his qui parentes, vel liberos occiderunt, l. Lege Pompeja 1. & l. Poena parricidii 9. ff. Ad Leg. Pompejam, de parricid. Parricidium vero impropre tale, ac large sumtum, est quodvis homicidium cuiusvis consanguinei etiam collateralis, aut etiam affinis, & conjugis, cit. l. Lege Pompeja 1. ff. Ad Leg. Pompejam, de parricidiis, & insuper homicidium Novercæ, & Sponsæ, vel Sponsi, l. Sed sciendum 3. ff. Ad Leg. Pompejam, de parricidiis (Vid. verb. Assassinum & Homicidium).

De Jure canonico parricidæ olim puniebantur variis illis poenæ, quæ recensentur in cap. Latorem 15. caus. 33. q. 2. & toto tit. de his, qui filios occiderunt. Verum tales poenæ recesserunt ab aula: Unde in casu parricidii Judices ecclesiastici remittere debent laicos parricidas Judicibus secularibus poenis legis civilis puniendos. Clericos vero prius juxta præscriptum canonis deponere debent, ac degradare, sive degradatos curiæ seculari consignare debita poena puniendos, ut tradunt Pirhing. lib. 5. Decretal. tit. 10. num. 7. Reiffenstuel ibid. num. 10. & alii. Qui-

134 Quibus poenis subjaceant parentes, & alii procurantes abortum? Vide verb. Abortus per tot.

135 Parentes sine debita cautela infantes noctu in lecto cum ipsis tenentes, ac ex culpabili negligentia ipsos suffocantes, aut opprimentes, tamquam Rei homicidii, seu infanticidii, licet moderatius, sunt puniendi, cap. Consulisti 20. caus. 2. q. 4. ibi: *Mondenzi sunt namque, & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno lecto collocent, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur, aut opprimantur, unde ipsi homicidii Rei inveniantur.*.... *Hic autem, qui probantur, vel confitentur talis reatus se noxios, tua eos configet moderatio, quia si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est, quanto magis qui unius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?* & concordat cap. De infantibus 3. de his, qui filios occiderunt; ubi statuitur, quod parentes contra prohibitionem infantes tenellos secum in lecto tenentes, ac ipsos ex negligentia suffocantes, aut opprimentes, trium annorum poenitentiam, & quidem uno integro in pane, & aqua transigere debeant. Vide verb. Mater n. 16.

136 De Jure canonico homicidæ injusti voluntarii sub- jacent excommunicationi sententiæ ferendæ, nisi poenitentiæ satisfactione commissum homicidii crimen deleverint, & diluerint; cap. Itaque 20. cas. 24. q. 3. Et si fuerint Clerici, sunt ab ordine, & officio deponendi, cap. Si Episcopus 7. dist. 50. cap. Inquisitionis 21. de accusationibus, cap. Sicut 6. §. final. de homic. cap. Tuæ 6. de pœnis cum similibus juncto Concilio Tridentino ses. 14. cap. 7. de reform. & in arctum monasterium sunt detrudendi; cit. cap. Si Episcopus, & cit. cap. Tuæ :: quæ poena detrusionis jam abiit in desuetudinem, & mutata est in poenam perpetui carceris; aut condemnationis ad triremes, ut observat Farinac. prax. crim. q. 119 n. 149. & 155. Item incurrit ipso facto Irregularitatem à solo Summo Pontifice dispensabilem, cap. Miror 4. cap. Clericum 5. dist. 50. cap. Sicut 6. §. Clericos, de homic. & cap. De cetero 7. eod. Clement. unic. eod. juncto Concilio Tridentino ses. 14. cap. 7. & ses. 24. cap. 8. de reform. Item perpetuo inhabiles sunt ad omnia beneficia & officia ecclesiastica, Concil. Trid. cit. ses. 14. cap. 7. de reform. Ac insuper privandi sunt beneficiis prius rite obtentis; cap. Si Episcopus 7. dist. 50. cap. Inquisitionis 21. de accus. cap. Sicut 6. §. Clericos, de homicid. cap. Tuæ 6. de pœnis, cap. Clericis 5. Ne Clerici, vel Monachi; cap. Ex litteris 10. de excessibus Prælator. Tandem si Clerici homicidium iterent, gravius plectuntur, & si incorregibiles sunt, etiam anathematizandi, degradandi, & curiæ seculari tradendi, cap. Cum non ab homine 10. de Judiciis, & ibi Doctores communiter.

137 Incendiiorum poenæ. Vide verb. Incendiarius.

138 Incestus simplicis sine Matrimonio commissi poena pro foro seculari est ultimum supplicium, si committatur inter ascendentibus, & descendentes, argum. l. Si adulterii 38. §. 2. ff. Ad Leg. Jul. de adulter. & ibi Glossa verb. Gentium, Farinac. q. 146. n. 14. & 16. Monac. de arbitr. Judic. caus. 502. à n. 1. Bajard. ad Clarum §. Incestus num. 3. Item si committatur inter collaterales in primo gradu, v. g. inter fratrem, & sororem. Menoch. loc. cit. à n. 14. Haunoldus de justit. & jur. tom. 9. tract. 2. n. 347. Reiffenstuel lib. 5. Decretal. tit. 16. n. 7. Item quando cum incestu conjunctum est adulterium. Clarus §. Incestus n. 2. Haunoldus loc. cit. n. 245. Reiffenstuel loc. cit. num. 70.

139 Incestuosum Matrimonium scienter contrahentes incurrit de Jure civili confiscationem omnium bonorum, tam dotalium, quam patrimonialium, exilium, spoliationem cinguli militaris, idest privationem dignitatis, & administrationis, & si Rei viles sint, etiam verberationem, textu expresso in Authen. Incestus,

Cod. Ad Leg. Jul. de incest. nupt.

De Jure canonico laici incestum simplicem sine matrimonio committentes sunt excommunicandi, cap. De his, qui incesti 9. caus. 35. quæst. 2. Et si aliquis ex conjugibus incestum committat cum consanguineo aut consanguinea alterius conjugis, privatur jure pentendi conjugale debitum, cap. Si quis 1. & cap. Transmissæ 4. de eo, qui cognovit consanguin. uxori. Si autem cum Matrimonio, seu incestuosas contrahendo nuptias ipsum committant, sunt ipso facto excommunicati, Clementin. unic. de consanguin. & affinit. Nec possunt amplius cum alia persona Matrimonium licite contrahere, nisi ignoranter contraxerint, cap. Qui propinquam 4. caus. 35. q. 2. Laici incestuosи de Jure canonico sunt infames ipso jure, & facto, cap. Consanguineorum 4. caus. 3. q. 4. & cap. Conjunctiones 2. caus. 25. q. 2. Amenus de delictis, & pœnis, tit. 4. §. 6. n. 17. (Vid. verb. Forum, in add. hisp. vers. De Consanguinea ::).

Clerici incestum committentes deponuntur, & beneficiis privantur; argum. cap. Si quis 20. & seq. dist. 8. & cap. Si Adulterium 11. caus. 32. q. 7. Farinac. prax. crimin. q. 149. n. 35. Pirhing. lib. 5. Decretal. tit. 16. n. 66. Reiffenstuel ibid. n. 74. Ac idem procedit etiamsi agatur de incestu minus proprio dicto proveniente ex cognitione spirituali, puta quia Clericus rem habuit cum filia spirituali, quam è Baptismo levavit, aut tenuit in Confirmatione, aut audivit, ac absolvit in Confessione Sacramentali, aut cominatrem, seu illius matrem cognovit, argum. cap. Omnes, & cap. Si quis 9. & cap. Non debet 10. caus. 30. q. 1. Farinac. loc. cit. n. 53. & seq. Menoch. loc. cit. caus. 502. n. 27. Reiffenstuel loc. cit. n. 75. Pignatell. tom. 1. consult. 116. Ursaya Instit. criminal. lib. 3. tit. 5. n. 130.

Injuriantum poenæ de jure communi sunt extraordinariae, & arbitriae Judicibus, §. in summa 10. Institut. de injuriis, & l. De injuria 45. ff. de injuriis. Unde pro diversitate injuriarum indici debet injurianti satisfactione erga injuriatum, quæ regulanda est juxta atrocitatem, aut levitatem injuriæ, attentis circumstantiis personarum, locorum, & temporum. Condemnati actione injuriarum poenali, sive hæc civilis, sive criminalis sit, incurrit infamiam juris, tum de jure canonico, tum de jure civili cap. Cum te 23. de sent. & re judicata, l. Athletas 4. §. final. ff. de His qui notantur infamia. Dummodo tamen injuria, de qua condemnati sunt, fuerit atrox, ut cum communi docet Clarus §. Injuria, vers. Item condemnatus :: Vide supra n. 66. verb. Calumniatorum poenæ, & infra verb. Libellos famosos componentium poena, & verb. Maledicorum poenæ.

Largitionis, & receptionis numerum in Regularibus, & aliis poenæ. Vid. verb. Donatio, art. 2. à n. 34. verb. Moniales, art. 2. à n. 62. verb. Regulares, art. 1. à n. 68. & verb. Xenia.

Læsæ Majestatis poenæ (si reus criminis sit vivens, ac præsens in manibus Curiæ, & crimen commissum sit in primo capite) sunt multæ. Prima igitur est perpetua infamia, cap. Felicis 4. de pœnis in 6. Farinac. q. 116. §. 1. n. 4. Ursaya Instit. crim. lib. 2. tit. 1. n. 145. & 169. Secunda est deletio armorum, & insignium ipsius Rei, atque agnationis; Gigas de crim. læsæ Majest. lib. 1. tit de Proditor. q. 8. n. 2. Ursaya loc. cit. n. 147. Amenus de delictis, & pœnis cit. tit. 2. §. 5. n. 40. argum. l. Eorum, ff. de pœnis. Tertia est confiscatio omnium bonorum; leg. Quisquis §. Cod. Ad Leg. Jul. Majestatis, & Authent. Bona damnatorum §. final. Cod. de bonis proscriptor. Quarta est privatio omnium beneficiorum, ac privilegiorum Reo à Jure Civili competentium; l. Amissione §. 1. ff. de capitibus diminut. l. 1. ff. de jurisdict. omnium judic. Extravagant. Qui sint rebelles? ibique Bartolus verb. Rebollanda n. 13. 19. & 20. Farinac. q. 116. §. 2. n. 92. Amenus loc. cit. n. 41. Ursaya loc. cit. n. 149. Quin-

Quinta est devastatio , & demolitio ejus domus à fundamentis , ita quod non remaneant ejus vestigia , & amplius reædificari non possit , cit. cap. Felicis 5. de pœnis in 6. Ursaya loc. cit. n. 152. & 169. Raynald. tom. 1. cap. 2. §. 1. n. 109. Sexta est ultimum supplicium , l. Quisquis 5. Cod. Ad Legem Julianam Majestatis ; Ursaya loc. cit. n. 160. & 169. Raynal. loc. cit. n. 49. Amenus loc. cit. n. 39. ubi quod mortis genitus est per ignem , vel per dissectionem in frusta , vel per aliam atrociorem formam , & testatur Farinacius cit. q. 116. n. 2.

149 Insuper filii talis Rei evadunt infames , amittunt beneficia Juris civilis , arma , & insignia domus , priuantur omni hæreditate , & successione sibi ex testamento , aut ab intestato obveniente ; l. Quisquis 3. §. Filiis , Cod. Ad Legem Julianam Majestatis ; leg. Quando Cod. de bonis proscriptor. Novella 134. cap. fin. Ursaya loc. cit. n. 170. Amenus loc. cit. n. 42.

150 Excipiuntur tamen à supradictis pœnis filii emancipati ante crimen patris ; ut defendit Glossa in cap. Si quis cum militibus , in verb. Filii vero caus. 6. quæst. 1. communiter approbata , texte Ameno loc. cit. n. 45. adducens pro ratione ; quod filius emancipatus desinit esse de familia ; leg. Quin etiam §. final. ff. de ritu nuptiar. & ex aliis subdens , quod à dictis pœnis excipiuntur etiam filii adoptivi. Neophytes & filii Clerici , & filiæ. Immo dictas pœnas citat. leg. Quisquis : ex laudabili consuetudine hodie non extendi ad filios , testantur Angelus in leg. Fallaciter n. 4. Cod de abol. Gigas de crimin. læsæ Majestatis lib. 3. rubr. de pœnis , quas filii incurruunt quæst. 23. num. 3. Decian. lib. 7. cap. 41. num. 38. teste Ursaya loc. cit. num. 172. ubi ipse ex aliis habet , quod dictæ pœnae non comprehendunt filios natos , antequam Pater commisisset tale delictum.

151 Si autem crimen commissum sit solum , in secundo capite , tunc talis Reus punitur poena ultimi supplicii , & confiscationis omnium bonorum. Farinac. quæst. 116. §. 1. n. 23. & 24. Ursaya l. c. n. 173. At pœna devastationis domus non habebit locum , minusque aliæ tangentes filiorum præjudicium. Glossa in leg. Eorum , ff. ad Leg. Jul. Majestatis ; Farinac. q. 116. n. 123. & seq. Ursaya loc. cit. n. 173. & seq.

152 Si reus hujus criminis sit absens , nec haberi possit in potestate Curiæ , depingitur ejus effigies in tabella , capite ad terram verso , & pedibus furcæ suspensis cum inscriptione proditorem , & læsæ Majestatis reum indicante. Decianus lib. 7. cap. 31. n. 15. & cap. 30. n. 27. cum aliis ibi citatis. Ursaya loc. cit. n. 147. & 175. Amenus loc. cit. n. 40. Et qui talem imaginem delet , seu aufert , pœna quingentorum aureorum tenetur ; Leg. Si quis id. 7. ff. de Jurisdictione.

153 Si reus talis criminis sit prædefunctus , & crimen commissum sit in primo capite , tunc ejus memoria damnatur , declaratur infamis , ejusque bona confiscantur , atque ab illius hæredibus adimuntur ; l. Majestatis 6 l. Meminisse 7. & l. Post. D. Marci 8. Cod. Ad Legem Julianam Majestatis ; l. Is qui 11. ff. eod. Ursaya loc. cit. n. 164. & seq. Amenus loc. cit. n. 4.

154 Si vero crimen commissum sit in secundo capite , tunc post mortem delinquentis non potest agi , nec memoria defuncti damnari vel aliter cognosci , aut procedi contra illum . cit. leg. Is qui 11. ff. Ad Legem Julianam Majestatis , Decianus lib. 7. cap. 39. n. 37. & 38. Amenus loc. cit. n. 40. Ursaya loc. cit. n. 166. Glossa in cit. leg. Meminisse , verb. Meminisse , Cod. Ad Legem Julianam Majestatis.

(Titul. 2. p. 7. de crimine agit læsæ majestatis : ad idem titul. 7. lib. 8. Ord. Reg. & 18. lib. 8. Recop. Castel. Sceleratissimum delictum proditio computatur : quodcumque aliud excedit : lepræ æquiparatur : sunt à consortio humano sicut leprosi ejiciendi : (leg. 1.

vers. 10. tit. 16. lib. 3. Recop. Cast. ) omnium malorum radix est & caput : non ipsi proditori sed etiam ejus descendantibus , licet eis culpa defuerit , nocet: duplicitè committitur , verbis , aut factis : quid sit , unde nomen sumserit , & quot modis fiat , lex 1. tit. 2. p. 7. præfinit : fere non discrepant leges primæ ejusdem. tit. & lib. Ord. & Recop. : quatuordecim ad minus modi numerantur propter quos simile patratur delictum : denique concluditur , proditionem committi , dum contra Regem , ditionem suam , seu dominium , sive in utilitatem publicam maleficia in eisdem decisionibus expressa fiunt ; Recognosce leg. 2. & pen. tit. 21. lib. 4. For. Reg. 2. & 3. cum seq. tit. 8. lib. 8. Recop. Cast. ubi deciditur quis alevosus dicatur. Poenæ in talia perpetrantes per leg. 2. ejusdem. p. decernuntur : qui scelestam hanc factionem inierit , faventes , & consulentes ultimo sunt suppicio puniendi , bonis eorum omnibus Fisco addictis : ( Vid. leg. 2. Recop. & Ord.) quamvis proditor habeat descendentes , lex 25. tit. 21. lib. 4. For. Reg. exprimit , ceterum in præcedentibus idem virtualiter continetur assertum ; ex confiscatione dos excipitur , nec absque solutione debita ante proditionem contracta manebunt : masculi filii per omne vitæ tempus infamia notantur : ad ullos honores pervenire nequeunt , neque dignitatem aliquam , seu officia obtinere : à successione quacumque excluduntur : filiæ vero usque ad quartam bonorum matris earum partem hæredes esse possunt : non creditur tam facile fœminas quam masculos proditionem commissuras , ideo mitius in eas debet esse sententia , utpote sexus infirmitas excusationem veluti exhibet.

Lex 3. ejusdem. tit. & p. decernit , perduellionis homicide delictum , id est de proditione Regis , vel patriæ quemlibet post mortem accusari posse , convictoque mortuo , pro infami judicatur : bona ejus successori detrahuntur : prædicta in hisce casibus locum habent , in ceteris , leg. 1. contentis nullus post mortem judicandus : quicumque , mulier sive fuerit , aut masculus , pauper , aut dives , bona aut malæ existimationis ad accusandum. (Vid. verb. Accussare , &c. & verb. Testis ) admittitur.

Lex 4. p. 7. præscribit , ullam alienationem à proditore factam , ex eo tempore quo cogitationem tam scelestam subire cœpit , subsistentiam habere , nam dominium bonorum suorum amisit , criminè patrato , atque à die commissi delicti Regis propria dicuntur.

Lex 5. de cogitatione agit : si , antequam proditio ab aliquo , & personis aliis cogitata , in effectum perducitur , detegatur , veniam meretur , & præmium non est denegandum.

In leg. ultim. ejusdem. tit. 2. p. 7. tractatur de hisce delinquentibus , qui verbis , seu maledictis Regem convitant : si ebrii , fatuive fuerint , nulla datur poena: si compotes sint mentis , vel dolo malo procedunt , seu aliqua occasio excusationis intercedit : primo in casu aliqua animadversio est exercenda , ut ceteri deterreantur : in secundo , in præsentia Regis sistendi , omniaque eidem referantur : qualitates personarum attendi debent : causæ aliquæ possunt intervenire quæ ad ignoscendum moveant : si aliquis justitiam quærens non audiatur , vel intendens sibi dari , contrarium verificetur , injuste procedit in prolatione verborum in opprobrium Principis , verumtamen videtur indulgentiam mereri. Non prætermittas prædictas omnes leges recognoscere , præcipue quæ in corpore Part. continentur , postea glos. DD. Greg. Lop. reliquaque decisiones in ea comprehensas perlege ).

Qua autem poena , & à quo Judice puniendi sint Clerici , & Religiosi Rei hujus criminis , seu potius proditionis , ut volunt Clarus quæst. 36. n. 27. Farinac. q. 111. n. 261. & Pignatell. tom. 1. consult. 124. n. 3. ac alii , dissentient Doctores : Pignatell. enim cit. consult. 124. sub n. 1. & per tot. pluribus adductis contendit , Clericos offendentes suum Principe

pem naturalem, seu temporalem non esse Reos læsæ Majestatis, nec posse ab eo puniri per varios sacros canones, & signanter per cap. At si Clerici, de judic. cap. Significantibus, de Offic. Delegati, cap. Si diligenti, de foro competenti, cap. Si Imperator dist. 96. cum similibus referens ibid. sub n. 2. ex Tapia, Riccio, Genuens. Diana, & aliis sub Clemente VIII. in quadam rebellione fuisse processum contra Clericos, & Monachos ex delegatione Summi Pontificis per Judicem laicum clericali charactere insignitum insimul cum Judice ecclesiastico. Gigas vero tract. crimin. læsæ Majestatis rubr. Qualiter, & à quibus crimen læsæ Majestatis committ. q. 63. Decian. prax. crimin. lib. 7. c. 8. n. 6. & alii plures sustinent, tales Clericos, ac Religiosos evadere Reos læsæ Majestatis, & posse puniri à Judice laico per text. in cap. Hac constitutione 15. vers. Nec aliquis, de Offic. delegat. in 6. in cap. Perpendimus 23. de sent. Excomm. & in cap. Si quis Laicus 19. caus. 22. q. 5. Ursaya loc. cit. n. 176. expresse habet, quod quia hoc crimen committi potest à Clericis, à Judice ecclesiastico in hoc casu privari debent beneficiis, atque degradari, juxta textum in cap. Si quis Laicus 19. caus. 22. q. 5. quem textum notabilem dicit Abbas in cap. At si Clerici, in princip. de judic. Amenus autem loc. cit. n. 49. concludit, quod quidquid sit de jure, scit Princeps de facto in causis contingentia, maxime si lèdatur Majestas in primo capite, procedere per suos Judices, & ultimo supplicio Reos afficere. An autem bene, vel male procedant, non hominum, sed Dei judicio dimittit. Unde in tanta Doctorum diversitate concludere pro tutiori cautela posse consulto Summo Pontifice similes Clericos, & Religiosos degradari, & tradi curiæ seculari puniendos prout de jure, ut etiam texture Pignatello loc. cit. num. 6. admittunt Doctores, ut videre est Farinac. in prax. quæst. 8. num. 82. Episcop. Scalens. de irregularit. cap. 14. Felician. de censur. cap. 14. Delbene de immunitat. ecclesiast. c. 6. dub. 5. seft. 3. n. 17.

156 Libellos famosos componentium, dictantium, & vulgantium poenæ. Vide verb. Libellus famosus per tot.

157 Literas alienas aperientium, lacerantium, & intercipientium poena varia est juxta varietatem personarum; quarum literæ aperiuntur, lacerantur, aut intercipiuntur, & etiam juxta diversitatem finis, quem intendit aperiens, lacerans, aut intercipiens. Unde quia aliquando id potest esse crimen læsæ Majestatis, aliquando crimen falsi, aliquando Stellionatus, aliquando injuriarum, ideo Reus puniendus est aliquando poenis læsæ Majestatis, aliquando falsi, aliquando Stellionatus, & aliquando injuriarum. Hinc vindendæ sunt poenæ assignatae sub propriis dictis verbis.

158 Literas Apostolicas, aliasque falsificantium poenæ. Vide verb. Falsarius.

159 Magiæ poenæ eadem sunt ac maleficii, & sortilegii. Unde vide verb. Superstitio n. 40. & seq. ac 78.

160 Maledicorum poena, si maledictum sit in personam privatam commissum, est quod præter reatum peccati, & obligationem restituendi famam, maledicens sit obnoxius actioni injuriarum, & palinodiæ, seu recantationi; arg. l. Item 14. §. 27. ff. de injuriis, & famosis libellis, Reiff. lib. 5. Decret. tit. 26. n. 5. Si maledictum commissum sit in Principem supremum, quamvis olim ejus poena fuerit eadem cum poena criminis læsæ Majestatis, texte Arnobio lib. adversus gentes, hodie tamen de jure communi nulli certæ, & determinatae poenæ, sed soli arbitrariæ poenæ ipsius Principis subest; l. Unic. Cod. Si quis Imperatori maledixerit. Si autem maledictum sit in ipsum officium Principis, aut circumstantiæ aliud suadeant, tunc ad terrorem aliorum graviter puniri debet; arg. cap. 1. Maledicis, Menoch. de arbitr.

judic. cas. 377. n. 7. & seq. Reiffenstuel loc. cit. n. 6. & 7.

Item quamvis consultum sit, ut Papa exemplo man- 161 suetudinis Christi remittat maledicta in solam suam personam illata; arg. c. Inter querelas 57. caus. 23. q. 4. & l. Si quis 10. Cod. de Episcop. & Cleric. juncta cit. l. Unic. Cod. Si quis Imperatori maledixerit, & ut practicavit S. Pius V. textibus Barbosa in cap. 1. n. 2. de Maledicis, & Reiffenstuel loc. cit. num. 8. Tamen gravi, & exemplari poena ad terrorem aliorum punienda sunt maledicta proleta contra ipsam Sedem Apostolicam, seu officium, & Primatum ipsius, textu expresso in cit. c. 1. de Maledicis, ut tradunt ibi Doctores communiter.

Si quamvis Episcopus puniri non debeat maledic- 162 tum contra solam suam personam prolatum, ut tra- dit Glossa communiter recepta in cit. cap. Inter querelas, arg. cit. l. Si quis 10. Cod. de Episcopis, & Clericis, ibi: Cui Sanctitas ignoscendi gloriam de- reliquit. Tamen arbitrio alterius Judicis pro qualitate injuriæ puniendum est, ut tradunt Hostiens. in Summa, tit. de Maledicis, §. Alii maledicunt: Farinac. prax. crim. q. 105. n. 402. Reiffenst. loc. cit. n. 11. Clerici maledici poena est, quæ statuitur 163 in c. Clericus 5. dist. 46. his verbis Clericus maledicus (maxime in Sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam, si noluerit, degradetur; nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

Religiosi autem aliquem ecclesiæ Prælatum male- 164 dicto offendentes, aut eidem detrahentes, de jure com- muni debent per duos menses subjacere illis poenis, quæ juxta Regulas, seu statuta eorum ob gravia crima sunt impositæ, textu expresso in Clement. 1. §. Quibus etiam, de Privileg.

Monopolii poena est, quod hujus criminis Rei pu- 165 niantur perpetuo exilio, & confiscatione bonorum, textu expresso in Leg. Unic. Cod. de Monopolis. Ursaya Instit. Crim. lib. 2. tit. 4. n. 12. cum pluri- bus ibi citatis.

Omittentium Sacramentalem Confessionem, & Com- 166 munionem, in Paschate poena est Interdictum ab ingressu ecclesiæ, & si in hoc peccato decesserint abs- que signo Contritionis, est privatio ecclesiasticæ sepulturæ, textu expresso in c. Omnis utriusque sexus, de pœnitent. et remissionibus. Tale autem interdictum est solum sententiæ ferendæ: unde talis censura non incurritur, nisi à Judice competente in Reum contumacem per sententiam feratur: Privatio tamen sepulturæ ecclesiasticæ est poenæ latæ sententiæ, ut patet ex verbis citati Canonis: Christiana careat sepultura. Amenus loc. cit. tit. 5. §. 1. num. 11. & 12.

Omittentium recitationem horarum canonistarum, si 167 beneficiati sint, seu officii Beatæ Mariæ Virginis, si tantum pensionarii ecclesiastici sint, poena est obligatio ad restituendum fructus beneficii, sive pensionis pro omissionibus, & talis poena subire debent in conscientia ante quamvis Judicis sententiam Conc. Later. sub Leone X. sess. 9. §. Statuimus, S. Pius V. const. incip. Ex primo: Amenus loc. cit. n. 13. Vide verb. Officium Divinum, art. 1. à n. 29.

Osculantis foeminam invitam poena est extraordi- 168 naria, & arbitraria Judicis pro qualitate personæ, loci, & intentionis. Farin. q. 142. n. 161. Amenus l. cit. tit. 4. §. 2. n. 40. Et si osculum fiat in publico ad finem injuriandi foeminam invitam oscu- latam, vel ejus illustrem familiam, aut aliae adsint gravantes circumstantiæ, potest extendi poena etiam ad ultimum supplicium, quo revera punitus fuit quidam nobilis Gallus, qui osculum rapuerat Susannæ Trivultiæ illustri foeminae nuptæ, ut refert Bossius titul. de extraordinariis criminibus num. 3. & ex ipso Amenus l. c. num. 40. ubi subdit, quod defi- ciente publicitate loci, ac malo exemplo, tempera- tur poena.

169 Osculans ob æstum amoris puellam in publico , puniendus est exilio , & poena pecuniaria. Giurba *consil. crim. 47. n. 16.* Amenus *l. c. n. 41.* Afflict. Farin. Decian. Menoch. & Caball. ab ipsis citati,

170 Osculans in publico puellam invitam , ut ducat in uxorem contemplatione dotis pinguis , & hoc modo impediatur Matrimonium cum alio , puniendus est poena extraordinaria triremum , Rainald. *Syntax. crimin. lib. 1. c. 11. §. 6. n. 3.* cum Bartol. Boss. Farinac. & aliis ibi citatis , Amenus *l. c. n. 42.*

171 Osculantis obiter Monialem poena est extraordinaria. Farinacius *q. 146. num. 33.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 20. n. 16.* Amenus *l. cit. tit. 4. §. 9. n. 17.* & *18.* ubi subdit graviori poena extraordinaria puniendum esse talem sacrilegum , si post osculum ad alios impudicos , & lascivos actus cum ipsa Moniali procederet.

172 Et si carnalem copulam cum Moniali habeat , vel Matrimonium cum ea contrahere attentaverit , de jure civili punitur poena mortis , & bona delinquentis jubentur applicari monasterio , in quo Monialis degebat , Menoch. *de arbit. judic. casu 389. n. 78.* Reiffenstuel *lib. 5. decr. tit. 16. n. 78.* per text. in Novella *123. c. 43.* & *l.* Si quis *Cod. de Episc. & Cleric. & concordat cap.* Si rapuerit *30. caus. 27. q. 1.* & *cap.* Si quis non dicat *3. caus. 36. q. 2.* Advertit tamen Farinac. *q. 146. n. 1.* quod licet poena capitali adhuc puniatur tale sacrilegum crimen cum Moniali committens , tamen bona illius non monasterio Monialis , sed delinquentis hæredibus applicari solent , juncta *Authent.* Bona damnator. *Cod. de bonis proscriptor.* nisi raptus , aut violentia Moniale intervenerit. De jure autem canonico sic peccans cum Moniali si sit lascus , excommunicatur , si sit Clericus , non solum Beneficio privatur ; sed etiam ab Ordine depositus in monasterium ad poenitentiam agendam detruditur ; Menoch. *de arb. judic. casu 189. n. 24.* Farinacius *l. c. n. 4.* & *26.* Reiffenstuel *l. c. n. 80.* Si quis Episcopus *6. cap. Virginibus 14.* & *cap.* Si quæ Monachorum *28. caus. 27. q. 1.* Monialis autem , quæ ad tale sacrilegium libere consensit , ad agendam poenitentiam in arctius monasterium detрудi jubetur ; *cap.* Si quæ Monachorum *28. & cap.* Si quis rapuerit *39. caus. 27. q. 1.* juncta Novella *123. q. 43.* Vel quod convenientius est , ad perpetuos carceres , sui proprii monasterii condemnata est ; *cap.* Impudicas *11. caus. 27. q. 1.* Menochius loc. cit. *n. 26.* Farinacius loc. c. *n. 2.* Reiffenstuel *l. c. num. 81.* ( verb. Forum )

173 Parricidii poenæ. Vide supra à n. 181. ad n. 34.

174 Partus suppositi ( idest cum aliqua sterilis fœmina fœtum tamquam ex se natum supponit , cum revera alterius fœminæ sit ; ut ex *l.* Si partus subject. *1. & l.* Cum suppositi partus *10. Cod. ad Legem Cornel. de falsis, & ex cap.* Officii *9. de pœnitentiis, & remissionibus, ex cit. l.* Si partus subjecti : existimat Peguer. *dec. crim. 80. n. 8.* esse pœnam capitale. Basilius autem *dec. 7. n. 11.* dicit id esse arbitrio Judicis remittendum , qui vel pœnam minuat , vel augeat usque ad mortem pro diversitate substantiarum ; Pœna vero partus suppositi hoc modo , si nutrix v. gr. aliqua , quæ infantem opprimat alienum , eique mortuo proprium supponat , ut habetur *3. Regum cap. 4. de litigio duarum meretricum ante tribunal Salomonis* , secundum opinionem Alexandri *consil. 50. n. 3. vers.* Tertio per id , *volum. 1. citantis ad hoc l.* Quoniam *7. & l. Plagiarii 16. Cod. Ad Legem Fabiam, de Plagiariis, & l. 1. ac penult. ff. eod. tit.* est ultimi supplicii ; & concordat Bossius *tr. crim. tit. de Plagiariis allegans ad id statutum Mediolani imponens Plagiariis pœnam capitale.* Quod tamen intelligendum esse de consuetis in hoc delicto , dicit Clarus *q. 68. n. 31.* & sequitur Amenus *l. c. tit. 3. §. 6. n. 39.* concludens , quod citra mortem puniri deberet nutrix ,

quæ infantem , ut præmissum est , surriperet ( verb. Plagium ).

Peculatus poena. Vide verb. Peculatus.

Perjurii poena olim de jure civili erat tamquam de crimine læsæ Majestatis , si sponte , & deliberate quis pejerasset ; *leg. 2. Cod. Ad l. Jul. Majestatis* , & sic perjuri ultimo supplicio afficiebantur *cap.* Rex debet , *caus. 23. q. 5.* Sed hodie dictæ pœnæ abjerunt in desuetudinem , & redactæ sunt ad pœnam Judicii arbitrariam , & regulariter imponitur pro perjurio pœna exilii ultra refectionem damni , & interesse facienda illi , contra quem quis pejeravit. Glosa in *l. final. verb. Lucrum, C. de jurejur. cum aliis apud Decianum lib. 6. c. 23. n. 27.* Farinac. *q. 161. n. 36.* Raynald. *tom. 2. cap. 20. §. un. n. 20.* & seq. Amen. *l. c. tit. 5. §. 7. n. 31.* Ursaya *Instit. Crim. lib. 3. n. 17.* De jure canonico perjurus si sit laicus , efficitur infamis , & consequenter irregularitatem incurrit ; *cap. Infames 18. caus. 6. q. 1.* Si vero sit Clericus , deponendus est ab Ordine , *cap.* Cum non ab homine *10. de judiciis:* Privandus est Beneficiis , *cap.* Querelam *19. & cap.* Tua *11. de jurejurando;* Atque efficitur inhabilis ad alia obtinenda , *cit. cap. Querelam 10. de jurejurando.* Et si fuerit Episcopus , privandus , & deponendus est , *cap.* Si quis causa *22. q. 5. & cap.* Cum quidam *12. de jurejurando* , Ursaya *l. c. 1 n. 59. ad. 62.* cum pluribus ibi citatis . ( Verb. Testis ).

Plagii poena. Vide verb. Plagium.

Polygamiae poena. Vide verb. Polygamia.

Prævaricationis poena. Vide supra à num. 70. ad 72.

Rapinæ pœnæ , si agatur civiliter , est restitutio in quadruplum , ita ut præter rem ablatam , eamdem in triplo adhuc pretii , vel æstimationis compensare , post annum vero non nisi ipsam rem rapina ablatam , vel æstimationem illius una cum refusione lucri cessantis , & damni emergentis restituere debeat , *princ. Inst. de vi bonorum raptor. & concordat l. 1. & 2. ff. eod.* Si autem agatur criminaliter , & rapina commissa sit cum armis , Raptor pœnam capitalem incurrit ; *l. penult. ad Leg. Jul. de vi public. & ordin. Caroli V. art. 126.* Et si commissa sit sine armis , pœna illius est amissio tertiae partis bonorum , dignitatis , item & honoris cum infamia ; *§.* Item Lex Julia 8. *Inst. de public. jud. l. 1. in princ. ff. de vi privata, juncta l. 2. Cod. eod.* ( verb. Rapina )

De jure canonico pœna Raptorum est excommunicationis infligenda ab Episcopo loci , ubi rapina committitur , etsi Raptor sit alterius Dioecesis , à qua nequit absolvī à proprio Episcopo Dioecesano , nec recipi ab eo , sed ad Episcopum excommunicantem remitti debet , nisi plene satisfacerit ; *c. de illis 1. de Raptoribus.* Et si Raptor in ipsa rapina moriatur , vel satisfacere nolens decedat , tamquam in peccato mortali defunctus caret ecclesiastica sepultura ; *c. Super eo 2. de Raptoribus, & cap. Fures de furtis.*

Raptus pœna. Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 5. à n. 148.

Repetundarum criminis pœna est pro varietate hujus delicti. Vel hoc crimen commissum est à Judice corrupto in causa criminali capituli accipiendo pecuniam , vel aliam rem à sponte dantibus , ut hominem innocentem condemnaret ad mortem , & mors de facto est secuta , & tunc punitur pœna capititis ; *l. Lex Julia 7. §. fin. ff. Ad L. Jul. Repetundar. & insuper confiscatione bonorum. Authen. Novo jure, Cod. de pœna Judicis, qui male judicavit, cum aliis apud Farinac q. 111. n. 61. & seq.* Et si causa criminalis non sit capitalis , punitur talis corruptus Judex pœna Relegationis. Decian. *lib. 8. cap. 39. n. 15.* & *19.* Ursaya *Ins. crim. lib. 2. tit. 2. n. 85.* Vel hoc crimen commissum est à Judice pecunia corrupto in causa civili , & tunc punitur civiliter ,

& criminaliter. civiliter condemnatur ad expensas, & damna passa per litigatorem propter ejus corruptionem; l. De eo 2. Cod. de pœna Judic. qui male judicavit, & ultra damnum & interesse tenetur ad restituendum quadruplum ejus, quod accepit; l. Ut unius i. in fine, Cod. Ad Leg. Jul. Repetundar. Quamvis juxta Authent. Novo jure, §. 1. Cod. de pœna Judicis, qui male judicavit, sit restricta talis pœna ad triplum dati, & respective recepti, ad duplum vero simpliciter promissi, ut ex Farinac. & aliis notat Ursaya l. c. n. 90. Criminaliter autem talis Judex privatur dignitate, qua erat insignitus, & redditur inhabilis ad judicandum in futurum, ac efficitur infamis; cit. Authent. Novo jure, & l. Judices Cod. de dignitatibus, ac l. Eadem Lege 6. §. 1. ff. Ad Leg. Jul. Repetundar. ac insuper punitur pœna extraordinaria, quæ solet esse exilii, vel durior, aut mitior juxta delicti qualitatem. Gloss. in l. Lex Julia, §. Hodie, verb. Extra ordinem, ff. ad Leg. Jul. Repetundar Ursaya l. c. n. 94. cum aliis ibi allegatis.

184 Si vero crimen commissum sit ab aliquo, qui pecuniam sponte dedit, ut Judicem corrumperet, & in suam voluntatem traheret, tunc iste tam in civilibus, quam in criminalibus tenetur eadem pœna Judicis corrupti, & insuper si Reus hujus criminis sit Actor, punitur amissione causæ, & actionis; l. Constit. i. Cod. de pœna Judicis, qui male judicavit; Et si sit Reus, amittit jus se deferendi, & sic etiam ipse pro suo jure, & interesse causam amittit. Gloss. in cit. l. Constit., verb. Amittat. Farin. q. IIII. tit. 3. n. 125. & 129. Ursaya l. c. n. 100. & seq. Nisi tamen agatur de causa criminali sanguinis, quia tunc licitum est Reo sanguinem suum, & vexationem quo modo redimere; l. Transigere 18. Cod. de transactionibus, Ursaya l. c. n. 103. cum aliis ibi allegatis.

185 Si autem pecunia non à sponte dantibus, sed per violentam, & concussionem recipiatur à Judice, vel ab alio Officiali, qui minetur alicui crimen, & capitale judicium, ut sub hoc prætextu pecuniam ab illo extorqueat, seu recipiatur talis pecunia ab aliquo privato minante alicui se illum accusatum de crimine aliquo non commisso; & ideo ab eo pecuniam extorsit, tunc punitur pœna concussione. Vide supra à n. 82. Conspirantes enim in accusationem, & condemnationem innocentum, & pecuniam accipientes ad non accusandum, vel non condemnandum, tenentur Lege Cornelia, de Sicariis, quæ est publici judicij, l. i. ff. Ad Leg. Cornel. de falsis: Et insuper Lege Julia Repetundarum, quæ etiam est publici judicij; l. Eadem Lege 6. ff. Ad leg. Jul. Repetundar.

186 De residuis criminis pœna est, quod præter restitutionem pecuniae inique detentæ, vel non debite erogatae solvat adhuc triplum, seu tertiam partem, ita ut qui 90. duplas male erogavit, 120. duplas restituere teneatur; l. Lege Julia 4. ff. ad Leg. Jul. Peculatus. Et insuper Reus hujus criminis incurrit infamiam cunctis criminalibus publicis debitam; l. Infamem 7. ff. de public. judic. Et ulterius puniri debet criminaliter pœna arbitraria graviori, quam puniatur simplex furtum. Ursaya Instit. crim. lib. 2. tit. 3. n. 31. & seq. cum aliis ibi citatis. Crimen autem de residuis est delictum publicum, quo pecunia ad certum debitum usum non erogatur, sed vel retinetur, vel in alium usum convertitur; l. Lege Julia 4. §. 34. ff. Ad Leg. Julianam Peculatus.

187 188 Revelationis secretorum pœnæ variae sunt pro varietaate persona revelantium. Si revelans sit privata, quæ secretum amici sibi communatum revelet dolo malo ad perniciem ipsius amici, est pœna falsi; arg. leg. Poena i. §. 4. & 6. ff. Ad Legem Cornel. de falsis, Amenus tit. 5. §. 6. n. 32. cum aliis ibi citatis. Hujusmodi enim proditores amicitiae falsarii sunt,

& juxta Scotum in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1. sunt infames.

Consiliarius, seu alius revelans secreta Principis si- 189 bi commissa poenas perjurii subire debet ut ex aliis tradit Amenus loc. cit. num. 34. Et si illa penderet hostibus Principis, de jure canonico anathema esset; cap. Si quis Laicus 23. q. 5. Et si esset Clericus, deberet degradari. De jure vero civili tamquam Reus criminis læsæ Majestatis debet ultimo suppicio affici; l. Omne delictum 6. §. 4. ff. de re militari, & leg. Si quis 38. §. 1. de pœnis, ubi habetur, quod hu- 190 jusmodi Rei aut vivi exuruntur, aut furcæ suspen- 191 duntur. (L. 5. & 8. t. 9. p. 2. & 2. t. 7. p. 7.)

Testes propalantes propria testimonia in judicio sub 190 juramento deposita, antequam auctoritate Judicis pu- 191 blicentur, puniuntur pœna Judicis arbitraria juxta 192 damnum sua propalatione patri, vel Fisco causatum; l. Qui, ff. de Testibus. Notarius, seu secretarius, 193 qui secreta Judicis partibus, vel secreta unius par- 194 tis, alteri adversariæ indicat, incurrit poenam falsi; leg. pœna i. §. 6. ff. ad Legem Cornel. de falsis. Et eamdem pœnam incurrit Causidicus, qui secretum instrumentum unius partis alteri ostendit; cit. l. Pœ- 195 na i. §. 6. Senatores autem, & qui præsident ali- 196 cui Universitati, si revelant quod pro bono Univer- 197 sitatis in Senatu, aut Consilio tractatum est sub se- 198 creto, privari debent officio. Amenus l. c. n. 35. cum aliis ibi allegatis ( Verb. Secretum ).

Qui per se, vel per alios de rebus christianæ Rei- 192 publicæ Turcas, ac Hæreticos certiores faciunt, ac secreta revelant, incurrint excommunicationem Papæ reservatam.

Auditores Rotæ, ac eorum Locatenentes, & Coad- 193 jutores revelantes vota, seu suffragia in causis, quæ in eorum Auditorio discutiuntur, & non suffragan- 194 tum, nomina, incurrint pœnam perjurii, & excom- 195 municationem Papæ reservatam. Urban. VIII. in ap- 196 pend. Bullarii const. 57. alias 167. incip. Exponi:

Revelantes quæ secreto tractantur cum Papa, pœ- 194 nis maximis afficiendi sunt, & confiscanda eorum bona, & aliquando ultimo suppicio puniendi. S. Pius V. Const. 147. incip. Romani.

Revelantes audita in Sacramentali Confessione sub- 195 jacent gravissimis pœnis. Vide verb. Sigillum Sacra- 196 mentalis Confessionis à n. 25

Sacrilegium pœnæ. Vide sup. n. 31. ad 50. n. 103. 196 à n. 114. ad 118. n. 127. 143. & seq. n. 170. & infra n. 205. & n. 214. & verb. Ecclesia art. 4. verb. Excommunicatio art. 10. 11. & 12. verb. Furtum.

Schismaticorum pœnæ. Vide verb. Schismatici à 197 num. 14.

Sepulcri violati pœna est, præter infamiam, quam 198 incurrit hujus criminis Reus, textu expresso in c. Sepulcri violati i. ff. de sepulcro violato, arbitra- 199 riæ, & subinde etiam capitalis, præsertim si corpo- 200 ra, vel ossa eruantur, l. Prætor ait 2. l. Sepulcri violati 6. & l. Rei sepulcrorum 11. ff. de sepulcro violato. Sepulcri autem violati crimen est quo quis sepulcrum non tantum violat, sed etiam inde monu- 201 menta, vel alia aufert, vel cadavera effodit, & spoliat; l. Si sepulcrum 2. & l. Prætor art. 3. ff. de se- 202 pulcro violato.

Simoniæcorum pœnæ. Vide verb. Simonia art. 3. 199 à n. 4.

Sodomitarum pœnæ. Vide verb. Luxuria à n. 60. 200 ad 63. ( Verb. Forum ).

Sollicitantium ad turpia extra Confessionem pœ- 201 næ sunt arbitriæ pro qualitate, & diversitate cir- 202 cumstantiarum l. Sollicitatores i. ff. de extraordina- 203 riis criminibus & c. Sollicitatores 15. dist. 1. de pœnitentia, Amenus tit. 4. §. 2. à num. 35. varia ad rem adductus.

Sollicitantium ad turpia in Confessione Sacramentali 202 pœnæ. Vide verb. Sollicitatio ad turpia in Confessione.

203 Sortilegorum poenæ. Vide verb. Superstitio à n. 40.  
 204 Stellionatus poena est extraordinaria, & arbitaria;  
 in Stellionatus 2. & l. Stellionatus accusatio 3. §. 2.  
 205 ff. *Stellionatus*. Stellionatus autem est quoddam cri-  
 men irregularē, verum atque incertum; nam quan-  
 documque in aliqua actione hominis injuste, & do-  
 lose facta, & quæ meretur poenalem animadversio-  
 nem, defecit titulus criminis, illic stellionatus crimen  
 objicitur, textu expresso in l. Stellionatus accusa-  
 tio 3. §. 1. ff. *Stellionatus*. Et hoc crimen fuit ap-  
 pellatum Stellionatus ob suam varietatem, & insta-  
 bilem, atque irregularē naturam, sumta similitu-  
 dine ab animali, quod vocatur stellio, quo nul-  
 lum aliud animal fraudulentius homini invidere ob-  
 servat Plin. lib. 4. cap. 10. Animal hoc tergum ha-  
 bet luculentibus quibusdam guttis depictum ad mo-  
 dum stellarum, est varii, & diversi coloris, & ut  
 cœlum stellis, ita intuentum oculis appetet variis ste-  
 llulis diversi coloris tinctum, & transpersum, ut tra-  
 dit Glossa in cit. l. Stellionatus accusatio 3. §. 1.  
 ff. *Stellionatus*, & Doctores communiter, texte Ur-  
 sayā Inst. Crimin. l. 2. tit. 10. n. 123. Duo inter  
 alia hujus criminis afferuntur exempla in cit. cap. Stel-  
 lionatus accusatio: Primum est, si quis rem alteri  
 obligatam dissimulata obligatione in alium per calli-  
 ditatem distraxerit, & alienaverit, vel cum alia re  
 permutaverit, aut alteri creditori in solutum dederit.  
 Secundum, si quis merces jam debitori obligatas aver-  
 tit, quia scilicet bonas jam antea obligatas non tra-  
 diderat, postea vero ei tradidit malas & viles di-  
 cens eas esse illas, quas ei obligaverat Caball. res  
 criminal. caus. 66. n. 1. & 3. Ursaya l. c. n. 125.  
 Rota part. 19. recent. dec. 263. n. 16. ubi de cedente  
 creditum jam exactum (Vide verb. Emtio).

206 Stupri poena est, quod si quis vilioris conditionis  
 stuprum sine vi committit, fustigetur ac relegetur;  
 si vero stuprator sit melioris, ac considerabilioris con-  
 ditionis, publicatione dimidiæ partis bonorum punia-  
 tur, §. Item Lex 2. vers. Poenam, Inst. de public.  
 judic. Si autem quis vis, seu violenter non tantum  
 invitam virginem violaverit, sed etiam honestam vi-  
 duam, aut maritatem, ponitur poena capitii; l. Sol-  
 licitatores 1. §. 2. ff. de extraord. criminib. Const.  
 crimin. Caroli V. art. 119. Clarus §. Stuprum 3.  
 ad fin. Farinac. prax. crimin. quæst. 147. num. 6.  
 Glossa in cap. Pervenit 2. verb. Plectendus, de adul-  
 teriis, stupro, & ibi Abbas num. 5. Reiffenstuel  
 lib. 5. decretal. tit. 16. §. 2. n. 48. & alii.

207 De jure canonico qua poena stuprator puniri de-  
 beat? Vide verb. Stuprator n. 6. & verb. Dos art. 2.  
 à n. 14. ad 38. Addo tamen, quod si stuprator sit  
 Clericus, præter donationem debitam jubetur deponi,  
 maxime si cum vi stuprum commiserit. Clarus verb.  
 Adulterium n. 3. Abbas in cap. Si seduxerit 1. n. 4.  
 de adulteriis, & stupro, & in cap. At si Clerici 4.  
 de Judic. n. 35. Farinac. prax. criminal. q. 147.  
 n. 62. Pirhing. lib. 5. decretal. tit 16. n. 43. Rei-  
 ffenstuel ibid. n. 52. & texte Claro communis alio-  
 rum, argument. cap. Presbyteri aut Diaconus 12.  
 & cap. Si quis Episcopus 13. dist. 81. cum simili-  
 bus. Menoch. tamen de Arbitr. Jud. cas. 288. n. 6.  
 Vallensis tit. de stupro §. 1. n. 2. & etiam Farinac.  
 l. c. n. 65. & alii censem, stupratorem Clericum  
 posse à Judice puniri poena arbitraria, videlicet quandoque  
 poena pecuniaria, vel carceris, quandoque poe-  
 na suspensionis, depositionis, vel privationis benefi-  
 ci, prout circumstantiae personarum, & delicti sua-  
 serint.

208 Subornationis testium ad dicendam falsitatem poenæ  
 variæ sunt pro varietate subornationum. Si subor-  
 natus sit testis ad offensam, & ejus falsa testificatio  
 sortita sit suum effectum, tunc sicut poena testis fal-  
 si est poena talionis; l. Lege Cornelii, 1. §. 1. ff.  
 Ad Legem Corneliam de Sicariis, ita poena indu-  
 centis ad testificandum falsum est ad similitudinem ejus,

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.

quæ ipsi testi falso debetur. Ita Clarius, Betazzin, Me-  
 noch. Farinac. & Caball. citati, & seuti ab Ame-  
 no tit. 5. §. 8. n. 31. Si autem effectus non sit se-  
 cutus, eo quia falso accusatus se defendit probando  
 falsitatē testimonii, tunc & falsus testis, & subor-  
 nator puniuntur poena arbitraria. Farinac. q. 67. n. 6.  
 10. 14. 17. & 21. Guazzin. defens. 28. c. 18. n. 3.  
 Amen. l. c. n. 31. Item poena arbitraria, seu ex-  
 traordinaria punitur textis falsus, & subornans, si su-  
 bornatio, & falsa testificatio fuit ad defensam. Cla-  
 rus, Farinac. Bertazz. & alii citati, & seuti ab Ame-  
 no l. c. n. 31. Intellige tamen hoc, quando subor-  
 natio, & falsa testificatio est ad puram defensam Rei  
 contra Fiscum, non autem quando est ad defensam  
 Rei contra Accusatorem, quia tunc probando Reum  
 innocentem probat Accusatorem ex consequenti ca-  
 lumniosum, & perinde est ac si testis examinaretur  
 ad offensam Accusatoris; Unde in casu tam subor-  
 nator, quam falsus testis puniendus esset, ut supra dic-  
 tum est, poena talionis, ut recte advertit Amenus l. c.  
 num. 32.

Regulares subornantes Electores pro consequendis 209  
 officiis Regularibus incurunt excommunicationem la-  
 tæ sententiae reservatam Summo Pontifici, & priva-  
 tionem perpetuam vocis activæ & passivæ, ex consi-  
 tit. 138. Sancti Pii V. incip. Pastoralis Officii: quæ  
 tamen excommunicatio modo potest absolvī à Supe-  
 rioribus Generalibus, ubi agitur de electione Supe-  
 riorum, inferiorum, ex declaratione Gregorii XIII.  
 constit. incip. Consuevit: edit. 8. Septembris 1573.  
 & dictæ constitutiones quamvis editæ sint pro Or-  
 dine Minorum de Observantia, afficiunt tamen om-  
 nes Regulares, ut docent Pellizar. manual. Regular.  
 tom. 2. tr. 9. cap. 2. n. 181. vers. Cum autem: :  
 & n. 182. Amenus l. c. n. 34. & alii. Et præser-  
 tim quia Pianam constitutionem confirmavit Clemens  
 VIII. in decretis pro reformatione omnium Regu-  
 larium constit. 60. incip. Nullus omnino: : §. 35,  
 & innovavit Urbanus VIII. decreto edito à Sacra  
 Congr. Conc. in const. 26. ejusdem Pontificis, ut  
 tradit etiam Justus Redn. tom. 2. part. 2. tit. 6.  
 num. 16.

Tergiversationis poena est extraordinaria, & arbi- 210  
 traria. Ursaya Inst. crim. lib. 2. tit. 10. n. 121.  
 cum aliis ibi allegatis per text. in l. Accusatorem 1.  
 §. 7. & in l. Si quis 7. in fine ff. Ad Senatus con-  
 sultum Turpilianum. Vide supra num. 73. (Verb.  
 Accussare &c.)

Termini moti poena est vel pecuniaria 50. aureo- 211  
 rum l. Lege Agraria 3. ff. de termino moto, vel  
 etiam relegatio, aut fustigatio illorum, qui occu-  
 pandorum aliorum finium causa id fecerint, leg. Di-  
 vus Adrianus 2. ff. eod. Termini autem moti crimen 212  
 est, quo quis terminos, vel lapides finales dolose  
 eruit, aufert, aut mutat, vel ut eidem de fundo  
 aliquid detrahatur, & suo adjiciat, leg. 1. tot. tit. ff.  
 de termino moto, Ursaya Inst. crim. l. 2. tit. 10.  
 n. 55. & seq. ubi multa ad rem, Reiffenstuel lib. 5. de-  
 cret. tit. 18. n. 68.

Truffatorum poena varia est, & regulatur à quali- 213  
 tatis, & circumstantiis truffæ, aliquando enim est  
 fustigatio, ut notat Bajard. ad Clarum q. 70. n. 5.  
 quandoque est poena relegationis, & aliquando tri-  
 remium, ut advertit Sansel. dec. 42. & interdum est ex-  
 traordinaria, & Judici arbitraria, ut observat Cor-  
 tiad. dec. 106. n. 62. apud Ursayam Inst. Crim.  
 lib. 2. tit. 8. n. 146. Truffa autem generaliter sum-  
 ta idem sonat, ac deceptio, fraus, seu dolose ges-  
 tum. Cyriac. controvers. 76. n. 1. & 2. Rota part. 19.  
 recent. decis. 473. n. 1. ubi quod idem est truffare,  
 ac decipere, specialiter vero importat furtum  
 impropium. Unde truffam committere dicitur, qui  
 non restituit id, quod ei ad aliquem finem consigna-  
 tum fuit, & etiam truffam committit, & Truffa-  
 tor dicitur, qui sub colore, seu prætextu mutui,

commodati, conducti, vel depositi rem sibi traditam in ejus usum distrahit. Et generaliter quod qui utuntur re ad alium usum, quam destinatum, dicitur Truffator, advertunt multi allegati ab Ursaya loc. cit. à n. 143. ad 145. ubi sub n. 146. refert ad id aliquos casus.

215 Vis publicæ poena varia est pro varietate casuum, in quibus committitur; Si enim committatur in latrocinio, & grassatione à Latronibus, & grassatoribus simplicibus, est poena damnationis in metallum, vel relegationis in Insulam, leg. Capitalium 28. §. Grassatores ff. de pœnis; Si vero commissa sit à latronibus, & grassatoribus famosis, est poena ultimi supplicii, & furcæ, cit. l. Capitalium 28. §. Famosos ff. de pœnis. Et si Clericus sit hujus criminis Reus, degradatur, & in arctum monasterium detruditur, cap. Tuæ 6. de Pœnis. Farinac. in fragm. verb. Clericus n. 314. & 318. Ursaya Inst. crim. lib. 2. tit. 7. à n. 138. & alii ( Verb. Furtum & Grassator ).

216 Si committatur in Raptu, tunc tam Raptore, quam auxiliatores, & fautores, si fuerint laici, puniuntur ultimo suppicio; §. Si autem per vim, Institut. de publicis judiciis, & l. i. Cod. de raptu virgin. & l. Si quis Cod. de Episcop. & Cleric. qui licet loquantur de rapientibus Moniales, ex communi tamen DD. opinione extenditur etiam contra rapientes mulieres non sacras. Insuper Raptore perdunt omnia bona applicanda raptæ mulieri, si illa sit laicalis conditionis; leg. 1. §. Et si, & seq. Cod. de raptu virgin. ubi Glossa verb. Diminutionem, & verb. Transferantur: Si autem sit Monialis applicanda ipsimet raptæ quoad usumfructum, donec vixerit, post mortem vero monasterio ipsius Monialis, leg. Raptore, §. Bona, Cod. de Episc. & Cleric. Ursaya l. cit. à n. 142. cum aliis ibi allegatis. Si vero Raptore fuerint ecclesiastici, deponuntur ab eorum officiis, nec eis imponitur poena degradationis, & multo minus mortis, etiamsi agatur de raptu Monialium, sed alia Judicis arbitria regulanda à circumstantiis causas, ut late probat Bertachin. vot. decis. 504. per tot. ubi quod die 4. Septembbris 1696. Sacra Consulta, cui S. M. Innocent. XII. commisit causam cujusdam Sacerdotis Religiosi, qui invitis parentibus rapuerat puellam honestæ conditionis, resolvit, eumdem Religiosum esse perpetuo suspendendum à divinis, & relegandum in arctum ergastulum per decennium. Sic literaliter Ursaya loc. citat. num. 146. & seq.

217 Si vis publica committatur in stupro virginis invitæ, punitur hujus criminis Reus poena capitæ; leg. Sollicitatotes 1. §. 2. ff. de extraordinar. crimin. Const. crimin. Caroli V. art. 119. Vide supra n. 204.

218 Si vis publica committatur ædes, vel villas alienas cum turba armata expugnando, expilando, & bona ibidem existentia rapiendo, Rei capite plectuntur; l. Hi, qui ædes 11. ff. ad Leg. Julianum de vi publica. Item qui ad aliquem expellendum de possessione domui, agri, navis, & hujusmodi accedunt cum armatis hominibus propter quam causam homicidia secuta sunt, capite puniuntur, leg. Quoniam 9. Cod. ad Leg. Jul. de vi publica. Item poena capitæ puniuntur Rei, quoties cum vi publica reperitur conjuncta causa læsæ Majestatis, veluti seditio, tumultus, rebellio, & hujusmodi, ut tradunt communiter DD. per text. in tot. tit. ff. & Cod. Ad Leg. Jul. Majestatis. Vide supra à n. 248 in aliis autem casibus hodie usus, & praxis obtinuit, ut pro vi publica Rei hujus criminis extraordinaria, & arbitaria poena puniantur, ut testantur Decian. l. c. & Ursaya l. c. n. 150. & alii.

219 Vis privatæ poena est, quod hujus criminis Rei puniantur publicatione tertiae partis bonorum; §. Item Lex Julia 8. Instit. de public. judic. Usus tamen, & praxis hodie obtinuit, quod pro ea imponatur poena

arbitraria, ut observant Decian. l. c. & Ursaya loc. cit. num. 156.

220 Intercedit autem hæc differentia inter vim privata, & publicam, quod vis publica sit cum armis, privata vero sine illis; §. Item Lex Julia §. Inst. de publicis Judiciis, Raynald. tom. 2. cap. 23. §. 1. n. 3. Ursaya l. c. n. 2. & alii.

221 Usurariorum poenæ. Vide verb. Usura à n. 88. usque in fin.

222 Alia de variis aliis delictorum poenis brevitatis gratia relinquuntur videnda apud Criminalistas de ipsis ex professo tractantes. Sicuti, & poenæ impositæ pro delinquentibus Regularibus videndæ relinquuntur apud suas cujusque Religionis peculiares Constitutiones.

223 \* Poena adversus baptizantes Hebræorum filios illico modo, & sine consensu parentum, est, quod mulcentur pro Judicis arbitrio, & prudentia, poena scilicet aut mitiori, aut severiori juxta circumstantias. Benedictus XIV. tom. 2. constit. 28. incip. Postremo mense §. 31.

224 Poena contra Confessarios exquirentes à poenitentibus complicum nomina, cum denegatione absolutionis, sunt, quod puniantur uti tradentes, & tuentes opiniones scandalosas, & perniciosas uti tales à Sede Apostolica condemnatas, & in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis suspensionis ab officio confessiones audiendi, vel etiam ab execuzione Ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, & si fuerint Regularis, vocis activæ, & passivæ, aliæve poenæ decernuntur. Idem const. 8. incip. Ubi primum: Vide tom. 2. ad verb. Confessarius.

225 Poenæ contra impedientes libertatem mutui commercii inter subditos ditionis ecclesiasticæ, seu convenientes constitutiones hac de re editæ sunt, quod incurvant omnes poenas infictas à Pio IV. S. Pio V. Gregorio XIII. Clemente VIII. Gregorio XIV. Urbano VIII. & Innocentio X. contra extrahentes triticum, & aliud genus prohibitum extra statum, & insuper in poenam 500. aureorum toties quoties contrafecerint. Idem const. 53. incip. Quo die: ubi plura ad id.

226 Poenæ adversus Episcopos in propria diocesi non residentes sunt omnes, & singulæ illæ comminate à Tridentino, & constitutionibus Apostolicis, amissionis, scilicet quartæ partis fructuum unius anni, si sex mensibus continuis absuerint; & aliæ quartæ partis si absentia ad alios sex menses pertrahatur, incursus etiam in peccatum mortale, & obligationis restituendi fructus in absentia perceptos absque prævia declaratione. Idem const. 18. incip. Ad universæ: ubi multa alia ad rem merito observanda.

227 Poenæ contra imprimentes, aut publicantes libros, scrituras, & hujusmodi circa imminutionem dierum festorum de præcepto, sunt quoad contravenientes, præter librorum, & operum prohibitionem, si laici, excommunicationem latæ sententiae Papæ reservatam incurvant; si ecclesiastici usque ad Sacerdotalem gradum, poenam suspensionis à divinis, in Superioribus vero gradibus constituti suspensionis à Pontificalibus, & à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum, atque pensionum, quarum poenarum relaxatio, & respective rehabilitatio Papæ reservatur. Idem constit. 63. incip. Non multi menses: ubi multa alia merito observanda.

228 Poenæ jam statutæ in Presbyteros sacrificio missæ ad sortilegia abutentes, confirmantur, iisque additur perpetua inhabilitatio ad ipsius missæ celebracionem. Idem in Append. n. VIII. pag. 46.

229 Poenæ in Presbyteros, qui vigore Indulti Pontificii plures missas in die commemorationis omnium fidelium defunctorum celebrantes, aliquid plus elemosynæ loco acceperint, quam pro unica missa, juxta locorum consuetudines, aut leges synodales percipi solet, sunt, quod contrafacentes poenam suspen-

sionis à divinis Papæ reservatae ipso factō incurvant; Quam tamen Episcopi jure Delegato relaxare poterunt, facta prius restitutione eleemosynæ perceptæ in pios usus ab Episcopis erogandæ; Et si dicti Sacerdotes post incursum præfatam suspensionem celebraverint, incurvant irregularitatem omnino Papæ reservatam. Idem const. 61. *incip.* Quod expensis :: ubi varia alia scitu necessaria. \*

230 \*\* Poenæ in eos, qui ad Sacerdotium non promoti missas celebrant, aut fidelium Confessiones excipiunt, statutæ recensetur, reprobataque benigniori praxi, Apostolicarum constitut. vigor restituitur à Benedicto XIV. const. *incip.* Quam grave, & const. *incip.* Divinarum :: in cuius Summario sic expresse habetur " Celebrantibus, aut Fidelium Confessiones,, excipientibus, sine Sacerdotali charactere, sincera,, criminis confessio facta in primo interrogatorio gene,, rali nihil suffragatura decernitur ad evadendam poe,, nam traditionis brachio seculari, indictam à Cons,, titutionibus Apostolicis " Vide ad id jam tradita à nobis in *Supplementis* ad verb. Missa, & verb. Sacerdos num. 5. ubi assignantur poenæ statutæ etiam contra Sacerdotes abutentes Sacrificio Missæ ad sortilegia, vel in Sacramentali Confessione sollicitantes ad turpia; juxta decretum Universalis Inquisitionis coram Benedicto XIV. editum, & à nobis ad literam jam adductum in *Supplementis* ad verb. Confessarius. \*\*

231 232 Agere de singulis singulorum dictorum poenæ immensi esset laboris. Vide tamen, ubi res postulat, de poenis delictorum ecclesiasticorum Thesaurum de poenis ecclesiasticis, illustratum tamen à clarissimo P. Giraldi Scolarum Piarum, qui tum poenas omissas ab ipso Thesauro supplevit, tum vel postmodum mutatas, vel omnino novas addidit.

233 Hic vero præterire haud possumus, male Auctorem n. 184. sequutum Ursayam, per text. in L. 18. C. de Transact. assertuisse, licere Reo in causa criminali, cui poena sanguinis imposita sit, corrumpere Judicem, ex ratione illa, quod licet Reo sanguinem suum, & vexationem quoquo modo redimere.

234 In mox allegata enim L. 18. C. de Transact. habetur, quod accusatus de crimine capitali excepto adulterio transigere, & pacisci potest impune, ut non habeatur pro confesso; idque quia, quum agatur de vita hominis, non præsumitur Reus fateri delictum, sed periculi gravitate propter dubium litis evenitum compulsus.

235 Non videmus autem, quomodo inferri ex hac lege possit, quod valeat Reus in causa criminali, cui imposta sit poena sanguinis Judicem corrumpere.

236 Aliud enim est transactio, aliud corruptio Judicis. Transactio enim nil turpe in se continet, adeoque permitti potest, corruptio vero Judicis mala in se est, adeoque nunquam permittenda. 83

† Quomodocumque intelligatur cit. Lex, illam cum Ursaya sic intelligunt & explicant Bossius in Praxi, tit. de Offic. pecun. corrupt. n. 1. Bellégard. in Meth. rer. crimin tract. 4. quæst. 32. n. 6. & Raynald. tom. 1. cap. 4. §. 6. num. 5. ubi sic expresse tradit, nam in causa capitali, licitum est reo sanguinem suum & vexationem quomodo redimere; 1. Transigere, Cod. de transaction. Unde in causa capitali satis est, quod amittat id omne, quod dedit: Hinc non male dicendum est, me esse secutum tam celebres, & in his rebus versatissimos Auctores. †

(Consonat lex 22. tit. 1. p. 7. Recognosce leg. 54. tit. 14. p. 5. Vide circa hoc D. Anton. Gom. var.

resol. cap. 3. de Homicid. ex n. 56. cum leg. ibi cit. vide verb. Arbiter ).

( Sicut Auctor num. 222. ad Criminalistas Lectorem remittit, ubi delictorum poenæ variæ videndæ relinquuntur, ita per me, non solum ad ea, quæ per extensum hoc opere inseruntur, fit remissio, verumetiam ad titulos, quamvis de eis sit facta mentio, scilicet lib. 4. For. Reg. part. 7. lib. 8. Ord. Reg. atque Recop. Cast. cum lib. 7. tit. 8. Ind. Recop.; nihilominus hosce omnes titulos præscrutatus fueris, nequibus cogitationes tuas adimplere, nam in multis aliis titulis poenæ sunt animadversæ quæ forte aliquæ in præcitatibus non comprehendantur. Inspice qui de poenis specialiter pertractant: tit. 31. p. 7. memoriæ non officit demandare: in prima leg. quid sit poena, & ob quas rationes judex se movere ad eam imponendam debet, denotatur: in secunda decernitur, cogitationem delinquendi poenam non mereri nisi qui sic cogitat ad actum præcesserit: casus aliqui distinguuntur: in tertia signantur delictorum species videlicet quæ factis, verbis, scrito, seu consilio perficiuntur: de omnibus in hoc opere tractatur: in quarta referuntur poenarum modi: septem numerantur, scilicet ultimum supplicium, seu membra mutilatio primum locum tenet: dum in metallum, argenti vivi fodinas, vel præsidia Rei damnantur, secundum: deportatio sive exilium cum omnium bonorum confiscatione, tertium: quando in perpetuum in ergastulo (vid. in princip. huius verbi) detinentur, quartum: quintum, si quivis in insulam deportatur, sed bona non apprehenduntur: si fama laeditur, sextum locum occupat: verbera, in publicam verecundiam deductio, ultimum.

Quibus judicibus poenarum impositio competat, per leg. 5. decretum advertitur: ( vide verb. Forum & Jūdex ) numquam bona Reorum, nisi à lege exprimatur, adimenda: quales poenas à judicibus esse imponendas, lex 6. decidit: in faciem ( vid. in princip. ) exequi nequeunt, gladio, furca, combustione, &c. possunt: caput securi, falceve cædi non potest: nemo est cruci affigendus, obrui lapidibus, seu præcipitari debet. Quod delinquentibus sit poena imponenda vera præcedente probatione ( leg. 7. ) pro competo habetur: signa, indicia, præsumptiones, &c. non suffragantur, licet ad torturam sufficere queant. ( Vid. tit. 30. p. 7. ). Per legem 8. statuitur, quod judices multa ad earum impositionem præ oculis sint habituri, & quando augmentum, sive diminutionem pati eadem debeant: totam perlege; à lege 9. est præcritum, neminem, nec filium pro parte, poenam subitum: casus exceptus declaratur; ( vid. sup. n. 154. in nov. ) Lex 10. præfinit poenam qua est puniendus, si deportatus, in exilium, præsidiae missus tempus in sententia declaratum fregerit, seu non adimpleverit: deficiens tempus duplicatur: ceterum, dum in perpetuum est facta condemnatio, ultimo supplcio afficiendum lex asserit; ( vid. sup. in prima nov. add. ) per leg. 11. prohibetur, exequi justitiam, nisi sit publice facta, præconizari utique debet, & post executionem corpus Sepulturæ est tradendum: mulier si fuerit prægnans duci in patibulum haud debet, intereaquod in lucem fœtum ediderit: contra faciens, si scientia procedat, tamquam proditorie delinquens puniendus venit. Hic omnia quæ hanc ad materiam spectant, explanationeque indigent, inserere, nimis longum esset, & nullis pene finibus terminaretur oratio. In oblivionem ne tradas tomum III. var. resol. D. Anton. Gomez, ubi in majorem cognitionem multa inveniens ex titul. 1. usque in fin. Vid, eundem in ultimis Taurinis decisionibus ).